



D.D. Johannis Aepini In evangelium ascensionis Domini enarratio. : in qua tractatur I. De officio episcoporum, & de doctrina in Ecclesia proponenda. II. De authoritate & potestate ministrorum Christi. III. An ministri Ecclesiae sint inauthorati hominum serui. IIII. An delectus & ordo in ministerijs Ecclesiae haberit poßit. V. De baptismo. Unde baptismi efficacia. An sit ad salutem necessarius. Qua?m impie? infantibus negetur. VI. An infantes baptizati propria vel aliena fide iustificantur. VII. An omnes infantes non baptizati sine discrimine damnentur. Et nonnulli alij loci non inutiles.

<https://hdl.handle.net/1874/406951>

D. D. IOHANNIS
AEPINI IN EVANGELIVM AS-
CENSIONIS DOMINI ENARRATIO.
IN QVA TRACTATVR

- I. De officio Episcoporum, & de doctrina in Ecclesia proponenda.
II. De autoritate & potestate ministrorum CHRISTI.
III. An ministri Ecclesiae sint inauthorati hominum serui.
IV. An delectus & ordo in ministeriis Ecclesiae haberri possit.
V. De Baptismo. Vnde Baptismi efficacia. An sit ad salutem necessarius.
VI. Quam impie infantibus negetur.
VII. An infantes baptizati propria uel aliena fide iustificantur.
An omnes infantes non baptizati sine discrimine damnentur.
Et nonnulli aliij loci non inutiles.

F R A N C O F V R T I E X O F F I C I N A
Petri Brubaccij. Anno Domini M. D. XLVI

ДІОХАНІЯ

ІСІНІОНІАМІЧІ
ОТЛАВАНІ МИЛОДАЛІ
ВУЛА СЛАГ АУІ

ІСІНІОНІАМІЧІ
ОТЛАВАНІ МИЛОДАЛІ
ВУЛА СЛАГ АУІ
ІСІНІОНІАМІЧІ
ОТЛАВАНІ МИЛОДАЛІ
ВУЛА СЛАГ АУІ
ІСІНІОНІАМІЧІ
ОТЛАВАНІ МИЛОДАЛІ
ВУЛА СЛАГ АУІ
ІСІНІОНІАМІЧІ
ОТЛАВАНІ МИЛОДАЛІ
ВУЛА СЛАГ АУІ

ІСІНІОНІАМІЧІ
ОТЛАВАНІ МИЛОДАЛІ
ВУЛА СЛАГ АУІ

EXIMIAE VENE

RATIONIS, PIETATIS AC DOCTRINAE
VIRIS AC DOMINIS, DOMINO M. FREDERICO HENNIN
ges Superintendenti Luneburgensi uigilantissimo,
& reliquis eiusdem Ecclesiæ fidelibus diuinorum
mysteriorum œconomis, Dominis ac fratri-
bus suis in Christo dilectis & obseruan-
dis, Iohan. Freder Pomeranus S.



ANTE annos aliquot cum Annotationes incomparabilis viri D. Philippi Melanthonis, præceptoris meis summa cum obseruātia ac pietate in perpetuum colendi, in Euangelia Dominicalia nondum exīscent in manus hominum, quidam ministri Ecclesiæ nostræ, viri pijs ac diligentibus, rogauerunt D.D. Icannem AEpinum Superintendentem nostrum & Lectorem Pri- marium, ut ad utilitatem Ecclesiæ nostræ conscriberet aliquid in Euāgelia & Epistolas, quę usitato more diebus Dominicis explicantur, eaq; in certos locos & sententias, quas inoffense sequerentur, contraheret, ut in cūnibus Ecclesiis illis locis, qui uarios sensus admittunt, notabiliter uariaretur cum aliquo offendiculo vulgi, in quo, ut Cicero ait, non confilium, non ratio, non discrimin, non diligentia est, & ut i, qui uel non satis exercitati, uel ad inueniendum idonea & apposita tardi, uel in disponendo non satis felices essent, hic haberent, quibus tanq; præformatis uti possent, utq; res boenas, utiles ac necessarias, bono & didacticō ordine feliciter, & cum magno fructu, populum docerent. Etsi autem oc-

E P I S T O L A

cupatis simus est semper (nam præter conciones & lectio-
nes publicas, nullus ferè est dies, quo non habeat suos inter-
pellatores, consilium quo singulari ualeat, ex ipso petentes)
tamen quæ est mirifica ipsius ad præceptuendam Christiglori-
am sedulitas, cùm id Ecclesiæ nostræ non parum utilitatis al-
laturum uideretur, recepit se ipsis tam sedulò id potentibus
& Ecclesiæ nostræ opera sua hac in re non defuturum esse.
Sed cùm studijs suis & alijs occupationibus uarijs tantum
temporis decidere non posset, ut ea quæ erat in Evangelia
conscripturus, etiam publicè dictaret, cumq[ue] ego sub idem
tempus ad munus secundæ Lecture, ut uocant, accitus, in fa-
bris prælegere quidem cœpisse, sed pro ratione functio-
nis meæ, non tam multis, quibus alijs, concessionum publicarū,
laboribus, tum essem grauatus, studio benemerendi de bo-
nis illis uiris & tota Ecclesia nostra, ultrò eum dictandi labo-
rem in me suscepī. Et hactenus quidem non nisi Evangelio-
rum Hyemalium, quæ uocant, & paucorum Aestrialium e-
narrationē absolui. Nam singulari in h[oc] explicandis diligen-
tia usus est, nec quicq[ue] quod doctrinam aliquā utilem con-
tinet, studio omisit, sic ut quedam etiam consecetur quæ mi-
nuta quidem uidentur, sed siuum tamen usum suo loco habe-
re possint. Ac præter dispositionem, præter Scopum, præ-
ter q[ui] locos præcipitos & maximè illustres, ex ipsis Euange-
liorum uerbis eruit non sine iudicio nec citra laborem ali-
quem sententias utilem aliquam doctrinam complectentes,
easq[ue] non paucas : & cuilibet Sententiæ siram annexuit Af-
fertionem, in qua singula diligenter explicantur, quæ admo-
nitione & explicatione opus habent, & in illis ipsis Assertio-
nibus multos etiam Locos Communes singulari industria
tractauit. Cùm uero ea diligentia hactenus sit usus, cumq[ue]
id opus intra breue tempus absolui non possit, non parum
consuleretur Ecclesiæ, si pars illa Enarrationis eorum Euan-
geliorum.

N V N C V P A T O R I A.

Bellorum quæ per Hyemem tractantur, interim publicata
huiusset. Sed hactenus id ab eo impetrare non potui. Causa-
tur se suæ tantum Ecclesiæ ista scripsiisse, nec eam esse dicti-
onis suæ elegantiam ac nitorem, ut huius seculi iudicijs tam
emunctis, tam uarijs & sepe malignis exponi debeat, & ne-
cio quæ alia. Cum itaq; h̄c passus essem repulsam, magna
contentione uix obtinui, ut uel huius & aliarum aliquot E-
narrationum in quibus Loci communes tractati sunt, æden-
di potestatem mihi faceret. Hanc autem Enarrationem di-
gnam duxi, quæ toti Ecclesiæ communis fieret, q; præter lu-
cularam ipsius Euangeliæ explicationem, contineat multos
insignes locos diligenter & exactè tractatos. Inter alia agi-
tur de Officio Episcoporum & de doctrina in Ecclesia pro-
ponenda, de q; ministrorum Christi in Ecclesia autoritate
& potestate. Item an Magistratus uel illi qui ministris Chri-
sti ex publico Ecclesiæ erario stipendia numerant, tantum iu-
ris in ipsis habeant quantum in sua mancipia. Nam non per-
suaserunt sibi tantum hoc multi, sed gloriari etiam non ue-
rentur, quo iure & ore nescio. Tractantur etiam diligenter
hic omnia ferè quæ ad Baptismum attinent, quid sit, quæ &
unde sit eius uirtus, q; impiè negetur infantibus. Item an in-
fantes propria uel aliena fide iustificantur, ubi ante puberta-
tis annos lucis huius usura priuantur. Agitur etiam hic de
infantibus non baptizatis. Sunt enim quidam in causa senten-
tia, ut putent etiam piorum parentum infantes non baptiza-
tos damnari, & æternæ uitæ gloriæ q; cœlestis consortio pri-
uari, etiam ubi intra obstetricum manus, & citra parentum
incuriam, & culpam ullam, animulas ante efflauerunt q; ba-
ptismo iniciari potuerunt. Sed an satis solida suæ sententie fir-
mamenta habeant, ex hac enarratione conspici poterit. Pro-
pter hos & alios aliquot locos diligenter hic tractatos, dig-
nam iudicauit hanc enarrationem quæ extaret.

E P I S T O L A

Cùm uero mihi ædendi potestas facta sit, addere etiam hanc præfationem uolui, ut rationem consilij nostri de ædito hoc scripto lector sciret. Sed ut audius legeretur cum ab alijs, tum ab Ecclesiæ ministris, quos exactam de his noticiam & iudicium bene informatum habere oportet, & ne ex exiguitate iudicare tur hoc quicquid est scripti, uoluimusque stris nominibus, uiri uenerandi & optimi, & Ecclesiæ celeberrimæ urbis uestre splendore ornatum emptori commendar. Potest etiam haec ipsa inscriptio publicum esse testimoniū, nobis nihil tam esse in uotis, quam ut in docendo pia concordia, ac iudiciorum conformitas, summusque consensus seruetur.

Testamur etiam hoc ipso nos aliarum Ecclesiarum & omnium piorum atque eruditorum iudicia non defugere ac reformidare. Et quamuis non dubitemus, nos in doctrina cum uestra et omnibus Ecclesiis, in quibus pura Euangelij doctrina proponitur, consentire, tamen adeò non prefra-ctè in sententia nostra persistemus, ut meliora nos docenti summam gratiam simus habituri.

Et cùm tu M. Frederice, uir optime, eximia pietate ac uirtute prædite, omnibus humanitatis officijs me sis profectus, cumque & alijs σύνεργοι in ea Ecclesia, cuius tibi potissima cura demandata est, mei amantes sint ac studiosi, uolui meque etiam erga uos obseruantę & amoris uicissim testimonium aliquod extare. Verum cùm sterilis & aridus exucci ingeniolí mei agellus, nihil tale parere possit, quod uestris dignitatibus dignum & honorificum sit, uolui hanc meam dedicationem, & hoc donum de alieno, mei erga uos animi monumentum publicum & sempiternum esse. Ac ideo ut hanc meam uoluntatem & studium erga uos & Ecclesiam uestram propensissimum, pro humanitate & candore uestro boni consulatis: & ut me, & totam Ecclesiam nostram,

N V N C V P A T O R I A.

nostram (quæ à dextris & sinistris à Satana oppugnatur)
Deo pijs precibus uestris commendetis. CHRISTVS
IESVS uestram quoq; Ecclesiam ab insidijs insidiosissimi
& & & & illius hostis CHRISTI tutam, uosq; & omnia
Ecclesiæ uestræ membra ad suam gloriam quam diutissime
seruet, Amen. Ex Hamburgo, XX. Novembris.
ANNO M. D. XXXXV.

IN DIE ASCEN SIONIS EVANGELIVM

MARCI XVI.

Poste discubentibus illis undecim apparuit: & exprobrauit illis incredulitatem suam, et cordis duriciem: quod ihs qui se uidissent resurrexisse non credidissent. Et dicebat eis: Ite in mundum uniuersum, & prædicate Euangelium omni creature: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui uero non crediderit, condemnabitur. Porro signa eos qui crediderint, haec subsequentur: Per nomen meum dæmonia ejicient, linguis loquentur nouis: sermones tollent. Et si quid letale biberint, non nocebit eis. Super ægrotos manus imponent, & bene habebunt. Itaque dominus quidem postquam locutus fuisse est eis, receptus est in coelum, & confedit a dextris Dei. Illi uero egressi, prædicauerunt ubique, Domino cooperante, & sermonem confirmante per signa subsequentia.

DE INSTITUTIONE FESTI.



SCENSIONIS Christi festum institutum est, ut in eo die Ecclesia disertè admoneatur de mysterio Ascensionis Christi, exponaturque causa & utilitas Ascensionis eius, et ut in publico Christiano cœtu gratiè agantur ei pro illis beneficijs, quæ per suam ascensionem Ecclesia suæ exhibet. Non satis est scire item Christum propter nos mortuum esse & resurrexisse, sed oportet etiam tenere causas ascensionis ipsius. In eius ascensione nobisposita est maxima pars nostræ salutis & beatitudinis: quia ascendens exaltatur supra uniuersam creaturam,

IN DIE ASCENSIONIS.

turam, coronatur honore & gloria, sedet ad dexteram Dei, obtinet potestatem cœli & terræ, dominatur omnibus, patrat nobis locum, collocat nos secum in cœlestibus, facit nos cœlestis & æternæ hierarchiæ ciues, adducit nos in collegium omnium angelorum ac sanctorum, præsidet suæ Ecclesiæ, dat ei sua dona ad salutem necessaria, captiuum tenet Satanam, frenum injicit mundo, ne faciat quod uelit, defendit suam Ecclesiam contra Satanam & mundum, intercedit ac interpellat patrem pro nobis, præstatq; nobis omnes diuitias immortalis uitæ & gloriæ. De his & similibus mysterijs Ecclesia admonenda est in festo die Ascensionis, & pro his agenda sunt gratiæ DEO, & IESV CHRISTO Do mino & saluatori nostre.

DISPOSITIO EVANGELII.

Evangeliū hoc historicam narrationem continet, de Christi resurrectione, ascensione in cœlum, & institutione Euangeliī ministerij. In narratione asperfa sunt argumenta quæ probant Iesum esse uerum illum Messiam, quem Deus suo populo promisit. Loci argumentationis ducuntur à resurrectione Iesu Christi, ab institutione prædicationis Euangeliī ipsius, & baptismi, à miraculis quibus Euangeliū servato confirmatus est, & ab eius ascensione, officio, & data potestate.

SCOPVS EVANGELII.

Iesus Christus filius Dei propter peccata nostra mortuus, è morte resurrexit, ascēdit in cœlum, sedet ad dexteram Dei patris, instituit in Ecclesia Euangelicæ prædicationis ministerium, ut hoc ipso mundum doceret & saluum ficeret.

LOCI EVANGELII.

In hoc Euangeliō quinq; loci proponuntur. Primus est de Christi resurrectione, ascensione & regno. Secundus,

E V A N G E L I U M

de Sanctorum imbecillitate. Tertius de Euangelio, baptismo, & Ecclesiastico ministerio. Quartus de fide & iustificatione. Quintus de miraculis.

SENENTIAE PRIMI LOCI.

1. Iesu & Deus & homo promissus Messias est.
2. Iesu Christus è morte uerè resurrexit, & in cœlū ascēdit.
3. Iesu Christus in cœlum assumptus propria uirtute non aliena in cœlum ascēdit.
4. Perditō humano generi uita & salus restituta, cœlum p̄ reclusum est per Iesum Christum resurgentem, & in cœlum ascendentem.
5. Iesu Christo è morte resuscitato & in cœlum assumptō traditum est plenum imperium in uniuersam creaturam, tum coelestem, tum terrestrem, tum infernam, eiusq; uoluntati cuncta obtemperant.
6. Iesu Christus non solum Dominus ac rex est Iudaicō puli, sed omnium hominum in uniuerso mundo.
7. Iesu Christus uniuersæ creaturæ Dominus Deo patri & Spiritui sancto natura, gloria, & maiestate est æqualis.
8. Donec hoc seculum durat, regnum Christi tecum & spirituale est, & fide tantum intelligitur.
9. Hoc regnum Christi nec humana sapientia, nec ui aut constituitur aut regitur, sed Dei uerbo et occulta diuina uitute, quæ huic regno semper coniuncta est.
10. Etsi hoc Christi imperium ualde debile appareat, tamen eius potentia se ne quicquam opponunt tum inferorū tum terræ principatus, fortius est ēm omnibus imperijs mundi.
11. Quām parua & contemptibilia sunt regni Christi initia, tam magnē & p̄claræ sunt eius p̄gressiones & incrementa.
12. Credentibus in hoc regno omnia feliciter cadunt, omnia ad salutem prosunt, & in hoc ipso ab uniuersa creaturæ ui securi-

IN DIE ASCENSIONIS.

securi ac tuti agunt, quotquot CHRISTO fidunt.

¹³ Iesu Christus nec nouas politias ordinat, nec ueteres dissipat, sed in constitutis politijs & œconomij spiritu ac verbo suo regnat. Ipsius regnum non est de his quæ mundi sunt, sed de æterna salute mortalium.

¹⁴ Sicut cum ratione insaniunt, qui Euangelij concioniibus politias et œconomias gubernari uolunt, ita prorsus delirant, qui humana doctrina ac sapientia regnum Christi administrari & Ecclesiam regi cupiunt.

¹⁵ Tam magnum discrimen est inter gubernationem regni Christi & politiæ administrationem, quam est inter doctrinam rationis & fidei, Spiritum & carnem, fidē et opera.

SENTENTIAE SECUNDI LOCI.

¹ In Sanctis hærent etiam ignorantiae, caliginis & incredulitatis uitia & morbi.

² Hi morbi manifestiore reuelatione mysteriorum Dei paulatim curantur.

SENTENTIAE TERTII LOCI.

¹ Euangelium Iesu Christi est illa ipsa doctrina, quam Deus per prophetas promisit.

² Hæc doctrina cum rationis noticia & sapientia pugnat.

³ Euangelium Christi est salutis organon, quo Deus salutem operatur in uniuerso orbe.

⁴ Nec doctrina legis, nec conciliorū decretis, nec Pontificū & Episcoporum placitis, sed solius Euangelij seruaf mundus.

⁵ Deus per suum Euangelium & sua Sacraenta in toto terrarum orbe salutem exhibet, ut ea fide apprehendatur.

⁶ Euangelij concio est Dei tuba & tympanum, quibus toti mundo denunciat Iesu Christi uictoriam & triumphum, quem nobis reportauit de peccato, morte, inferis, & in pio mundo.

EVANGELIVM

- 7 Per Euangelium Christi non tantum ciuititer bonis, sed etiam sceleratissimis remissio peccatorum & salus offertur.
- 8 Ut Deus Euangelium uult omnibus hominibus annunciariri, ita uult ut omnes huic credant & Dei bonitatem agnoscant ac deprædicent.
- 9 Euangeliuſ credentes absoluuntur, Increduli condemnantur.
- 10 Euangelij doctrina est immutabile Dei uerbum. Hoc perpetuo docenda & urgenda est in mundo, donec durat spirituale regnum Christi, & stat hoc seculum.
- 11 Sicut Ecclesia Christi manet, ita manebit & ministerium Euangelij.
- 12 Quemadmodum una est sancta catholica Ecclesia, ita est & una doctrina, eademque Sacramenta sunt eius Ecclesia.
- 13 CHRISTI ministerium in Ecclesia positum est in prædicatione Euangelij CHRISTI & Sacramentorum eius dispensatione.
- 14 Pura Euangelij doctrina, & Sacramentorum Christi recta dispensatio sunt ueræ, certæ ac propriæ externæ notæ Ecclesiæ Christi per totum mundum dispersæ.
- 15 Christus universi Dominus doctrinam & Sacramentorum administrationem in Ecclesia instituit, eamque in hoc seculo uult æternam esse. Ab hac non licet Ecclesiæ uel latitudinem discedere. Si facit, non est Ecclesia Christi, sed perfida synagoga Satanæ. Et discessionis eiusmodi authores sunt antichristi & diaboli organa.
- 16 Ecclesia Christi in toto orbe terrarum uerbo Dei regenda est, non humanis opinionibus.
- 17 Episcopis tantum est potestas facta condendi ordinaciones eutaxias, ad conseruationem ministerij Christi utilles ac necessarias, non est eis concessa facultas aut mutandi aut adulterandi ministerium eius.
- 18 Apostolici muneris est docere Euangelium & baptizare

IN DIE ASCENSIONIS.

zate. Hoc munere fungantur oportet Episcopi & Pontifices, qui contendunt se Apostolorum esse successores.

19 Sed eò res nunc redijt, ut Pontificibus, fictis Christi uarijs, & Episcopis, mentitis Apostolorum successoribus nihil uilius & contemptius sit Christi ministerio & Apostolorum officio.

20 Nec Apostoli, nec qui in officio illis successerunt, sunt ecclesiæ domini, sed sunt in Ecclesia, Iesu Christi sedentis ad dexteram Dei patris, legati, servi & orconomi. Eorum est Ecclesiæ recitare ac exponere diuinę uoluntatis mysteria et baptizare, non pro sua libidine dominari.

21 Baptizare non minus est de ministerio Christi quam Euangelium annunciare. Euangelium prædicare tamen præcipuum est in hoc ministerio. Et ne hæc pars ministerij altera impeditatur, baptismus committi potest alijs Ecclesiæ ministris ad docendum non æquè instructis.

22 Baptismus à Christo, universi Domino, institutus, non à suo elemento, suisq; cærimonijis, sed à suo authore, & additi promissi, inibus æstimari debet.

23 Baptismus nec inane symbolum, nec tantum tessera est Christianæ professionis, sed est etiam Dei organon, quo promissæ salutis donationes iuxta suam promissionem exhibet. & impertit baptizatis.

24 Baptismus ad salutem æquè necessarius est atque Euangelium.

25 Baptismus est arrabo & sigillum Dei patris, filij & Spiritus sancti, quo consignant æternam uitam ac salutem omnibus Euangeliō creditibus.

26 Baptismo sua uirtus est à Deo, qui eum instituit, non ab aqua, nec à cærimonijis illis quibus solitus est consecrari.

27 Dominus in Euangeliō non præfigit tempus baptizandi, nec præformat ordinem in docendo & baptizando,

E V A N G E L I V M

nec depingit qualitatem personæ baptizandæ, sed coniungit ac copulat baptismum Euangeliō, uultq; Ecclesia traditū Euangelium & baptismum.

28 Quemadmodum Euangelium in toto mundo nullus negari debet, ita neq; baptismus negari debet. Qui eum infatibus denegant, opponunt se Christo mandanti, ut euntes doceant omnes gentes & eas baptizent.

29 Ecclesiæ ministris non est concessum, eos discernere, qui aut docendi aut baptizandi sint, sed eorum est ut Euangelium doceant, & baptizent omnes eos, qui Euangelium audire, & baptismum suscipere cupiunt.

30 Ministri Christi est facere suum officium iuxta dominii ministerij efficacia ac uirtute. Illius tantum est sonare Euangelium, & porrigerre sacramentum, Domini est per hanc operam operari & quæ promisit efficere.

31 Euangelicæ doctrinæ totiusq; ueræ Christianæ religio nis successus & progressio diuinæ uirtutis non humanae operæ est.

SENTENTIAE QVARTI LOCI.

1 Coram Deo omnes homines in uniuerso mundo, prauis & æternæ mortis rei sunt.

2 Deus cui nostra salus ante omnia curæ est, nullis nostris meritis motus, seruat nos, gratia præuentos gratis seruat propter Iesum Christum per quem reconciliavit nos sibi.

3 Saluum fieri est à peccato absolui, à morte, inferis & maledictione liberari, æterna uita potiri, summaq; beatitudine in immortali uita perfriu.

4 In toto orbe terrarum una eademq; ratio iustificationis ac salvationis est omnium hominum.

5 In participatione iustitiae Dei & æternæ salutis omnes credentes pares sunt.

In Deo

IN DIE ASCENSIONIS.

- 6 In Deo positum est quo iustificamur, In nobis quo apprehenditur iustificatio.
- 7 Deus gratis donatam iusticiam ac salutem per suū uerbum, sine acceptione personę, mūdo offert & exhibet. Mūdus in uerbo eam fide apprehendit. Dei est donatio, nostra est beneficij apprehensio ac susceptio.
- 8 Ratio humana est prorsus ignara mysteriorum salutis, & cum fidei noticia perpetuo pugnat.
- 9 Regni Dei & salutis mysteria in hoc seculo sola fide intel liguntur ac percipiuntur, quam Spiritus sanctus excitat & efficit in nobis per uerbum.
- 10 Fidei iustificantis obiectum est Euangelium Christi, non lex, nec ulla humana doctrina.
- 11 In regno Christi uita & salus in fide posita sunt. In ciuili politia posita sunt in obedientia legum. Christus peccatores & legis reos, si credunt Euangelio, absoluit; ciuilis magistratus tantum iustos & legibus obedientes absoluit, legis reos ut maximè credant, tamen iudicat & condemnat.
- 12 Sola fide Euangelio nitente, Christo coniungimur, filius populus, filii & haeredes Dei. Absque hac fide nulla spes salutis est in mundo.
- 13 Impie docēt qui fidei in Christum & nostris uirtutibus ac iusticijs salutem coniunctim ascribunt.
- 14 Qui docent homines fide & bonis operibus unā iustifi cari ac seruari, pugnantia docent.
- 15 Ad salutē cū fide etiam confessio fidei à Deo requiritur.
- 16 Sola fide conscientiae liberantur à paucoribus peccati mortis, inferni, & seueri ac iusti iudicij Dei, & tranquillantur in suis certaminibus.
- 17 Incredulitas non damnat q̄ sit peccatum, alia cætera delicta etiam condamaarent credentes, sed q̄ iusticiam Christi

EVANGELIVM

- respuat & detestetur, qua in iudicio Dei substitutur.
- 18 Fides nec iustificat nec seruat nos, quod sit virtus & operis. Iustitia erga Dei uerbum, sed quod apprehendat ac teneat iustitiam & salutem in Christo promissam.
- 19 Fides est initium & fons honorum operum. Incredulitas est origo, alimentum ac fomentum omnium scelerum.
- 20 Nemo saluus fit aliena fide. Vnusquisque propria fide seruatur.
- 21 Infantes non sua, sed aliena fide iustificari, humana opinione potius est receptum, quam Scripturæ autoritate confirmatum.
- 22 Fide & precibus tum piorum parentum, tum illorum, a quibus pueruli baptizandi & Christo consecrandi sistuntur, puerulis Dei gratiam & baptismi uirtutem impetrari non est dubium, sed eos absq; propria regeneratione ac fide tantum aliena fide & precibus seruari, nec cœmprobatum, nec confessum est.
- 23 Baptismus non est inanis cœrimonia, sed est gratia Dei organon, Spiritu & aqua in Ecclesia regenerantur, qui baptizantur. Deus efficax est in baptizatis. Non est itaq; dubium, quin in pueris baptizatis sint fidei & sanctificationis semina ac initia, quibus diuinitus consignata est iusticia ac salus in Iesu Christo.
- 24 Fides non est tantum Euangelicæ historiæ noticia, sed est etiam assensus & fiducia in id quod Euangelium docet,
- 25 Incredulitate, non fidei imbecillitate ac tenuitate homines damnantur.
- 26 Christus fide infirmos tolerat & erudit, non rejicit nec damnat.

SENTENTIAE QVINTI LOCI.

Miraculorum

N D I E A S C E N S I O N I S.

- Miraculorum uirtus diuina est, eaquæ hominibus per Christum Dei filium contingit.
- Miracula sunt sigilla diuini uerbi & nostræ fidei pedam na ac fulcra.
- Miracula propter incredulos fiunt. Verbo Dei suscep-
to & fide confirmata miraculorum porrò nullus usus est.
- Aeditis miraculis, doctrina, non sanctitas illius hominis comprobatur, qui ea per Christum facit.
- Quando gloria Dei & hominum salus illud postulat, cum nulla miracula impossibilia sunt credentibus.

A S S E R T I O S E N T E N T I

A R V M P R I M I L O C I

P R I M A E.

V A E Prophetarum uaticinijs prædicta sunt de Messiae resurrectione & ascensione in cœlum, de Christi uenturi regno, de uocatione gentium, institutione Baptismi, & prædicatione salutiferi Euangelij, ea in Christo Iesu completa esse, Euangelica historia paſsim testatur. In confesso itaq; est eum promissum Messiam esse. Dominus iuxta Scripturas mortuus est, resurrexit & in cœlum ascendit, ut declaret nobis, se promissum Messiam ac salvatorem esse. Deitatem suam hoc ipso declarauit, q; sua uirtute resurrexit & in cœlum ascendit. Id enim supra humanas uires fuit.

Secundæ.

Iesus post suam mortem per quadraginta dies rediuiuſus à multis uisus est, uarijsq; indicij declarauit suis discipulis, se uere resurrexisse à mortuis, & uiuens ē monte oliueti, ab

C

E V A N G E L I U M

Hierosolyma distante iter Sabbati, discipulis aspicientibus eleuatus, suscepitus à nube, & in cœlum sublatus est, teste sa- tra historia. Res ipsa itaq; loquitur, Iesum uerè è morte re- surrexisse, & in cœlum ascendisse.

Tertiæ.

In Euangelica historia dicitur Christum recessisse à suis, & in cœlum iuuisse, ut indicetur eū propria sua uirtute in cœ- lum ascendisse, absq; angelorum ulliusq; creaturæ auxilio. Ait etiam euangelica historia, eum discipulis uidentibus sub latum, assumptum, & ab oculis discipulorum à nube suscep- ptum esse, ut describatur modus ascensionis eius, indicetur q; eum non instar fulminis in momento temporis hinc in cœ- lum euolasse, sed aliqua moxa interiecta ascendisse. Cùm au- tem nullæ scalæ steterint in cœlum erectæ, in quibus ascen- derit, sed occulta et inuisibili uirtute ascenderit, dicitur in cot- lum eleuatus & assumptus, non quidem aliena, sed propria uirtute. Ipsemet enim seipsum eleuauit, & ad æthera uadens seipsum ab hominum oculis subduxit. Sicut Christus glorio- sis sua uirtute in cœlum ascendit: ita omnes credentes glorifi- cati sua uirtute absq; ullo externo praesidio in cœlum alcen- dere, & de cœlo descendere poterunt cùm libet. Quia cor- pus animale, spirituale factum, fertur eq; sursum atq; deor- sum pro arbitrio, sicut angeli, qui spiritus sunt, sua uirtute se runt. Ut ueteres uno uerbo diluerent eorum calumnias, quin nugat̄ur Christum Dominum per angelos sublatum & perlatum esse in cœlum, signat̄ uocant Christi hinc in cœlū emigrationem, ascensionem, non assumptionem. Angeli Christo ascendēti honoris ac glorificationis, non auxiliij car- fa adfuerunt.

Quartæ.

Christus mortuus est et resurrexit, ut per peccatum mor- tuis

IN DIE ASCENSIONIS

tuis & perditis, mortem interimeret, & uitam restitueret: as-
cendit & in cœlum, non solum ut ipse gloria & honore coro-
naretur, & sederet à dexteris Dei, sed ut nobis etiam para-
ret locum, uiam etiam ad cœlestia faceret, adiūgeret nos an-
gelorum cœtui, & in una æterna & beata politia coniunge-
ret angelos & homines. Hæc beneficia exhibentur mundo
per Iesu Christi resurrectionem & ascensionem in cœlum.
Hæc abiens iussit omnibus hominibus in mundo nunciari,
ut haberent quibus se solarentur in grumoso hoc seculo ad
uersus quævis mala.

Quintæ.

Iesus Christus sublatus in cœlum à dextris Dei sedet. In
dextera Dei sedere nihil aliud est, quam in omnipotencia, in
gloria, honore & maiestate Dei regnare, & cuncta habere
sibi subiecta, ac potestate omni in cœlo et terra prædictum es-
se. Christus propter suos mortuus est, resurrexit, in cœlum
ascendit & consedit à dextera Dei, ideo non possunt non tu-
tissimi esse sub Christi regno omnes credentes, qui suam spē
in Christum ponunt. In sacra scriptura legitur Christum se-
dere & stare ad dexteram Dei. D. Stephanus morti exposi-
tus dixit se, aperto cœlo, Iesum uidere stantem, non sed ētem
à dexteris Dei. Dicitur sedere, ut intelligamus eum securè
imperare uniuersis creaturis: stare, ut cognoscamus eum pa-
ratum esse ad succurrentum suis in omnibus afflictionibus,
sive eum susceptorem ac protectorē esse suorum.

Sextæ.

Iesus Christus à dexteris Dei sedens, in toto orbe omni-
bus iubet annunciarī Euangeliū, in cunctis arrogat sibi im-
perium et regimen, ut declaret se non solum esse regem Isra-
elis, sed Messiam illum, ad quem confluunt gentes, qui à ma-
ri ad mare, & ad extremos terræ terminos usque regnet, &

EVANGELIUM

cui data sit hæreditas omnium gentium: Psalm. 1.

Septimæ.

In dextera Dei non potest sedere, qui non est & ipse Deus. Nuda creatura ad istam maiestatis diuinæ perfectionem pertingere non potest. Cum Christus uerus homo sedeat à dexteris Dei, necesse est ipsum & Deum esse, natura, gloria, & maiestate Deo patri & Sp. sancto æqualem. Nisi filius Dei esset factus caro, filius Davidis, in regno maiestatis Dei siue à dexteris Dei sedere non posset. Si in Christo non maneret diuina natura, à dexteris Dei non federet: quia illa fessio, ut dictum est, naturæ, potentia, sapientia, gloria & maiestatis æqualitatem requirit. Non est censendum diuinitatem humanitatem esse absorptam, sed humanitatem in unitate personæ assumptam esse in Deum, Iesumque Christum deum sedere à dexteris Dei.

Octauæ.

Christus subductus ab oculis nostris à dexteris Dei in cœlestibus sedēs regnat, & id quidem uerbo, et occulta diuina potentia, non corporali ui. Manifestum est ergo illius regnum nostris sensibus non esse expositum, sed spirituale & rectum esse & manere, donec Dominus uisibilis redierit & apparuerit, sicut abiit, illudque sola fide ex uerbo Dei intelligi. Euangeli concionem Dominus uult conseruari usque ad extremum diem, ut ea illustretur & deprædicetur salus futuri regni Christi, ad consolationem piorum hærentium in misericordia huius uite. In confessu itaque est spirituale Christi regnum cum hoc seculo demum finiendum esse.

Nonæ, decimæ, undicimæ, & duodecimæ.

Spirituale Christi regnum, Dei uerbo & diuina uirtute regi, non humana sapientia, consilio, ac opera Dominus probat, ad gubernationem sui regni institutus Euangelijs ministerium

IN DIE ASCENSIONIS.

sterium in uniuerso orbe, et confirmans sermonem Euange-
lij subsequentibus signis. Quis uiam doctrinam & religionē,
ui, armis, malisq; artibus inuehunt & constituunt (sicut Ma-
humetus, Turcicæ impietatis author, Turca, Pontifices, Epi-
scopi & cæteri tyranni fecerūt & adhuc faciunt) cum regno
Christi & eius Ecclesia nihil habent communē, quia docen-
do, diuina uirtute cooperante, Euangelium plantatur, & ec-
clesia Dei constituitur, non tyrannide, nec insidiosis ac fuco-
sis artibus.

Sicut omnium operationum Dei in tota condita creatu-
ra sunt exilia, humilia, & contemptibilia initia, & tamen feli-
ces ac durabiles progressiones, ita etiam sunt in promulgati-
one Euangeli, & propagatione spiritualis regni Christi, exi-
lia initia, & maximi progressus.

Rationi nihil ridiculosius & stultius apparere potuit, q;
paucos, obscuros, indoctos, pauperculos et inermes aliq; ui-
ros, adferentes doctrinam contrariam rationi, & iniuisam o-
mnibus, à Deo in uniuersum orbem extrudi, & committi cū
toto mundo, omnibus artibus instructissimo, ut abrogarent
Mosaicam religionem diuinitus institutam, & exciderent
idolatriam & superstitionem gentium, pro qua usq; ad mor-
tem semper decertarunt, persuaderentq; mundo, hominem
affixum cruci, esse Deum, in eius potestate omnia esse sita,
in eo solo positam esse salutem mundo, omnesq; gentes suis
superstitionibus relictis in hūc debere credere, si seruari ue-
lint. A conditis seculis nulla uisa est stoliditas huic similis. Ex-
tremæ non solum stulticiæ, sed etiam insanie spectaculum iu-
dicatum est, rem tantam, cui non sufficerent omnes impera-
torum vires, tentare per tam paucos, indoctos, & ignobiles
viro.

Vt cunque autem stulta apparuerint huius instituti con-

E V A N G E L I V M

Silia, & quantumvis debilia aestimata fuerint eius auspicia, euentus tamen declarauit, nihil his fuisse sapientius ac potenterius. Dei uirtus semper coniuncta est eius mandatis & consilij. Frustra itaque reluctatur his mundus cum omnibus inferorum principatibus. Simplicia uerba sunt: Ite in mundum uniuersum, & prædicate Euangelium omni creaturæ: Sed adiuncta est eis Dei uirtus expugnandi et subiiciendi totum terrarum orbem, qualis alias nunquam uisa est, nec uidebitur unquam. Non est consilium aduersus Dominum, Dominus omnes gentes Christo in hereditatem cederat, Christus ut eam iuxta Dei promissionem acciperet, Apostolos suos in mundum uniuersum misit, Euangelium prædicari iussit, ipsiisque cooperante Domino, inuitis omnibus sapientibus & potentibus mundi doctrina sua perruperunt, & euersa Moysica religione unâ cum gentium idolatria, Christi religionē & regnum in toto terrarum orbe constituerunt.

Nihil refert, quomodo ratio iudicet, tum de humili & spirituali regno Christi, tum de omnibus ipsis, quæ ad hoc regnum pertinent. Nihil tam est imbecille, ridiculum, contemptum, & uile in hoc regno, quod non sortietur suum felicem exitum. Diuinis consilij, uoluntati, decretis ac mandatis semper est coniuncta diuina uirtus, cui uniuersa creatura nequit resistere. Ideò præclarè procedunt, & sub his securissimè ac tutissimè sunt, & felicissimè agunt, quotquot uerbo Dei credunt, & Christo fidunt.

Decimætertiae, decimæquartæ,
& decimæquintæ.

Politia uersatur circa res corporales, eiusque gubernatio posita est in iudicio rectæ rationis. Hæc ad conservationem politiarum condit leges, in illis monstrat quid honestum & utile sit in hac uita, iudicatque tantum de manifestis uitij & virtutibus.

Euan-

IN DIE ASCENSIONIS

Evangeliū quod Dominus iussit annūciari per totum orbem terrarū, cum rationis sapientia pugnat, uersatur circa internum hominē, nūhil ordinat de rebus politicis, omnia facit rea coram Deo, remissionem peccatorū omnibus annūciat, peccatores absolvit, suūp̄ius opinione iustos condemnat, iusticiam & salutem, fidei tribuit, fidei prædicatio ne euertit superstitiones & impietates, quæ animarū salutē impediunt, non politicas ordinationes ad hanc uitam pertinentes.

De quib⁹ Euangeliū agit, ea supra humanae mentis cāptum posita sunt. Iesum Christum, Mariæ filium, testificatur esse seruatorem mūdi, & offert iusticiam, æternamq; uitam omnibus illis, qui in Christum credunt. Hæc doctrina nūhil pertinet ad societatem presentis uite, nec prodest ad gubernationem ciuilem. Doctrina rectæ rationis in rebus externis & perituriis uersatur, eiq; coniungitur corporalīs uis. Euangeliū in spiritualibus, æternis, & coelestibus uersatur, nec ulla extera uis ei est coniuncta. Hæc doctrinæ distant inter se plusquam cœlum à terra distat. Qui ergo illam ad spiritualem regni Christi gubernationem, & hanc ad politicam referunt, cum natura ipsa rerum pugnant, & omnino cum ratione despiciunt.

Christus discipulis in totum terrarū orbem emissis, Euangeliū prædicationem commendans, diserte præcipit, ut regni Dei mysteria doceant, afflictos consolentur, animos pietate imbuant, & uerum Dei cultum monstrent. Et cùm iubet eos prædicare Euangeliū, inuit, non licere eis inuadere politicas administrationes, nec etiam mutare aut abolerē ciuiles ordinationes. Dominus Euangeliū doctrina cœtum sibi segregatum regi uoluit, mundo & refectioni commitens suūm politicum regimen. Euangeliū ministerium insti-

EVANGELIVM

tutum est propter animarum salutem, non propter hanc
nimalem uitam, cui seruit politica gubernatio.

ASSERTIO SENTEN- tiarum secundiloci.

Prima & Secundæ.

DOMINVS in ipsis Apostolis, qui sanè sancti erant,
reprehendit incredulitatem & cordis duritiam, ac in-
flexibilitatem, hoc est, quòd non mouerentur nec fle-
terentur auditis sermonibus, manifestis argumentis, & si-
gnis de sua resurrectione. Hanc incredulitatem & cordis du-
ritiem, Spiritus sanctus Apostolis postea datus excusit, &
dedit ut qui ante ea increduli præ cordis duritia fidem diuino
uerbo habere non poterant, postea alios fidem docerent.
Apostolorum exemplo ostenditur, incredulitatis morbum
etiam in sanctis haerere, eumq; curari clariore uerbi Dei ma-
nifestatione, & Spiritus sancti illustratione.

ASSERTIO SENTEN- tiarum tertij loci.

P R I M AE.

DOCTRINÆ Euangelicæ argumentum, item per
sonæ docentes, & loci circumstantia comprobant Apo-
stolorum Euangelium, eam doctrinam esse, qnam Do-
minus in prophetis promisit. Cùm Dominus Apostolos iu-
bet ire in uniuersum mundum, & prædicare Euangelium o-
mní creaturæ, nihil aliud instituit, quam quod est Esa. 61. præ-
dictum, nempe ut mederetur contritis cordibus, prædicaret
captiuis libertatem, clausis apertione, annūciaret annum
beneplaciti Domini, consolaretur cœnæ lugentes. Itē hinc,
quod

IN DIE ASCENSIONIS

quod per Apostolos Euangelium promulgatum est per universum terrarum orbem, apertum est, Apostolorum doctrinam esse promissum Euangelium, eamque normam, quæ iuxta decimionis Psalmi uaticinium, debuit exire in omnem terram, & sonare usque ad fines orbis terrarum, Apostolosque eos esse, quorum sermones, verba et uoces audiri debebant per omnes nationes, &c. Huius rei simile exemplum hoc secundum neque unquam uidit neque usurpum est. Ideo nemo ambigere potest, quin Apostolica doctrina sit illud letum Euangelij nuncium, de quo Dominus toties in prophetis locutus est, & iudicium illud quod absque personarum acceptione generalibus proferendum esse Esaias praedixit cap. 42.

Secundæ.

Ad confirmationem illorum quæ posita sunt sub confirmationis, nec miracula, nec ullæ diuinæ operationes necessariæ sunt. Recta ratio alias his ultrò assentitur. Ut Euangelij doctrina confirmaretur inter gentes, utque omnes nationes etiam contra rationis præiudicium eisubsciberent, miraculis est effectum. His obrutum est rationis iudicium, & hominibus contra dictam rationis persuasum est, Euangeliū esse Dei uerbum. In confessio itaque est, rationis sapientiam, Dei ueritatem pro mendacio, & sapientiam eius pro stultitia habere. Non magis opus esset Euangelium sequentibus signis confirmare, quam philosophiam, nisi Euāgelium cum ratione pugnaret, cum qua philosophia consentit.

Dominus uoluit ostendere Euangelium (quod rationi stultum est) certum & indubium esse Dei uerbum, & summam ac potentissimam eius esse sapientiam, ideo confirmavit hoc obtrupendis miraculis. Sicut Apostolus testatur in Corinth. 2. inquiens: Prædicatio mea non est in persuasorijs humanæ sapientiæ uerbis, sed in ostensione spiritus & virtutis.

D

EVANGELIUM

tis, ut fides nostra sit non in sapientia hominum, sed in potentia Dei. Mysteria fidei supra captum rationis sunt, spirituaria sunt, ideo a spiritu & mente cœlitus per spiritum Dei illuminata percipiuntur.

Sapientes mundi, stulticiam reputant, quicquid Euangelium de Christo concionatur, quia sunt tantum φωναι αὐθεόποι, non posunt iudicare de rebus spiritualibus & cœlestibus. Animalis homo non percipit ea quae sunt Spiritus Dei, quia πνευματικῶς, non λογικῶς, aut λογικῶς dījudicantur.

Tertiæ, Quartæ & Quintæ.

Nec Mosaica lex, nec Philosophia, nec ullæ doctrinæ ullorum hominum, nec etiam ullæ iusticiæ ac uitutes ullum hominem saluum reddere potuerunt, nec fuit ulla spes salutis in ullis rebus humanis. In toto mundo omnia erant coram Deo rea. Nihil fuit quo Deus reconciliari potuit hominibus. Ideo Deus in suo Filio salutem gratis mundo proposuit, uoluitque eam apprehendi fiducia in illum. Cum autem fiducia nulla potuerit in ignotum collocari, ut homines eum cognoscerent, & in cognitum fiderent, omnemque spem suam collo iusticiam & uitam æternam, utque sic per suum Euangelium saluti fierent in toto mundo quotquot in illum crederent. Ita solum uerbum Dei est Dei organon & uitus omni credenti ad salutem, & fides nostra in Christum est quae eam salutem apprehendit acceptando.

Sextæ.

Euangelium est testimonium Dei de Iesu Christo & iisus quæ sunt in Iesu Christo promissa, eius morte parta, & resurrectione atque ascensione uendicata & asserta. Cum Apostoli mandatur, ut eant in mundum uniuersum, & Euangeliū prædicent, nihil aliud eis committitur, quam ut toti mundo, qui

IN D^E ASCENSIONIS.

qui peccato, Satanae, & æternæ morti obnoxius est, denuntiant per Christum Deo pro peccatis esse satisfactum, peccatum esse expiatum, mortem esse sublatam, inferorum po testatem esse oppressam, uitamq^{ue} æternam cum æterna salus te & beatitudine in Christo restitutam esse. Hoc latum & perdito mundo gratum atq^{ue} acceptum nuncium, Euangeliū appellatur. Huius Euangeliū concione quasi classico totus mundus conuocatur ad Christum, ut in eo consors fiat omnium illorum, quæ Euangeliū denunciantur.

Septimæ.

Dominus iubet Euangelium omnibus gentibus omnię creaturę annunciarī in toto orbe terrarum. Nullis itaq^{ue} non uel etiam impurissimis idolatricis gentibus remissio peccatorum, æterna uita, & salus in Christo offertur. Dum Christus iubet, ut in uniuerso mundo omni creaturę Euangeliū annuncietur, facit omnibus gentibus copiam illorum, quæ in Messia promissa sunt, & prorsus nulli in toto orbe terrarum orbis praecedit aditum ad salutis beneficia, quæ sua morte parata, & resurrectione atq^{ue} ascensione obtenta & asserta sunt. Quos Dominus antè, cùm tantum circuncisionis minister esset, miserat ad perditas oves Israëlis, quibusq^{ue} prohibuerat ne intraret in ciuitates Samaritanorum, & ne in uiam gentium abirent, hos ad dexteram Dei sedens totius orbis Dominus factus in uniuersum mundum extrusit, ut docerent, omnes illos saluos fore sine ullo personarum delectu in uniuerso orbe, qui crederent & baptizarētur. Hi enim sunt sancta catholica & Apostolica illa Ecclesia, cuius mētio fit in nostra fidei symbolis. Omnis creaturæ & gentium appellatio ne non solum ciuiliter boni, sed etiam sceleratissimi comprehenduntur. Veteres dicunt hominem hoc loco omnem creaturam uocari, quod homo μηρός οὐτοῦ sit, participetq^{ue} crea-

D 2

EVANGELIUM

turis in omnibus, hoc est, habeat esse, uiuat, sentiat, & intelligat, sed quorsum attinet interpretationem tam longe petere? Dominus in Matthæo explicat quid denotatum sit per omnem creaturam, mandans ut Apostoli doceant omnes gentes. Omni creatura itaque significantur omnes nationes ac gentes. Dominus diserte dixit, omni creaturæ esse annum ciandum Euangelium, ut significaret nulli nationi, nullisque hominibus denegandum esse beneficium eterne salutis per Christum partæ.

Iudei putabant, Christi promissi beneficia ad se tantum pertinere. Ut Christus huc scrupulum Apostolis eximeret, ait salutis beneficia pertinere ad omnes homines universi orbis, & ad omnem creaturam, que eius potest fieri particeps. D. Paulus simili phrasí in hanc sententiam usus Coloss. 1, dicit, Euangelium prædicatū esse omni creature que sub cœlo est. Hoc Christi mandatum aperte innuit, quod Dominus nos filios iræ & suos hostes, qui ipsum peccatis nostris tantum irritauimus, amet, suaque dilectione merita nostra præueniat. Iubet namque impious, idolatricis & impuris gentibus, à quibus inde usque ab initio contumelia affectus fuit, offerre æternæ salutis beneficia.

Octauæ. Nonæ.

Sicut Dominus uult Euangelium omnibus hominibus in toto mundo annunciarí, ut salvi fiant, ita uult omnes credere Euangeliō, & fide amplecti oblata beneficia, ne in suis peccatis increduli pereant. Quia qui non crediderint nec suscepient iusticiam in Christo exhibitam, condemnabuntur. Omnes quidem natura sua æquè sunt peccatores, sed credentes Deus propter Christum absoluīt, non credentes condemnat. Condemnans omnes incredulos, serio sane exigit fidem ab omnibus.

Decim

IN DIE ASCENSIONIS.

Decimæ, Undecimæ.

Christus à suis abiens & in cœlum ascendens commendat eis Euangelium, confirmatq; illis miraculis cœlitus quæ sunt approbationis eius firma testimonia & sigilla. Aperte ergo ostendit in Euangelio immutabile & æternum decre-
tum suæ uoluntatis proponi, & uoluntatem Dei semper de-
bere exponi Ecclesiæ in mundo, per Euangeliū, quoad Chri-
stus redierit & reuelauerit gloriosum suum regnum, in quo
porro non erit opus ex prescripto uerbo recitare Dei uolu-
tem, sed coram uidebuntur & intelligentur omnia. Hoc
Euangelium, quia in mundo annunciatum est omni crea-
turæ, omnis autem creatura usq; ad seculi finem manet, Ob-
id etiam Euangeliū prædicatio usq; ad seculi huius consum-
mationem manere debet in mundo.

Omnis creatura non tantum sunt illi, qui tempore Apo-
stolorum uixerunt: sed omnes homines sparsim omnibus tē-
poribus mundum incolentes. Nec salus à Deo promissa tan-
tum pertinebat ad Apostolorum χρόνον, sed ad omnes ho-
mines omnium ætatum. Certum est itaq; Euangeliū in
mundo esse prædicandum, donec manserit ipsa creatura quæ
Euangeliū capax est. Ecclesia Dei etiam, propter quam Eu-
angeliū ministerium institutum est, durabit usque ad nouissi-
mum diem, & gloriosum redditum Iesu Christi. Necesse est i-
taque, ut tandem & Euangelium concione spargatur, & Iesu
Christo per illud colligantur & conscribantur in futuro suo
æterno regno æterni ciues,

Duodecimæ, Decimætertiæ, Decimæ

quartæ, & Decimæquintæ.

Dominus suos discipulos in uniuersum mundum exire
lussit, ut Euangelio erigeretur una religio, omnibus super-
stitionibus euersis, ut uniuersus populis in toto orbe Chri-

D.

E V A N G E L I V M

sto nomine daret, in eius doctrinam consentiret, iuxta eius doctrinam Deo seruiret, & eum coleret, utque omnes Christo doctrina a scripti & sacramentis assignati in unum corpus, unamque societatem coniungerentur, fierentque unius Dei & Domini populus, qui nunc in symbolis nostrae fidei vocatur sancta catholica, Christiana, & Apostolica Ecclesia, seu congregatio ac coetus.

Quia doctrina, & quibus Sacramentis Christus Ecclesiam sibi constituit, consecravit, segregauit, & ex ceteris entauit, eadem doctrina eam uult perpetuo gubernari, & ipsam Sacramentis. Haec etenim sunt uerae & certae ille exteriores notae, quibus Dominus suum populum in hac vita admittit impijis, seu suis peculiaribus, tesseras ac symbolis notauit.

Deus καρδιον της Ecclesiam suam absque externis symbolis cognoscit. Non habet opus notis, à quibus suas cues distinguit. At cum societas & arcta consuetudo ac φιλοτελία inter Christianos esse debeat, cumque sibi inuicem mutuis officijs arctissime obstricti sint, necesse est, ut se inuicem noscant. Hoc quia absque externis notis & symbolis fieri nequit, Dominus Euangelijs sui doctrinam, & sua sacraenta Ecclesiae commendauit, ut essent Christianismi ciuiles & externe notae, & ut Christiani, eiusdem professionis homines, se ab his symbolis agnoscerent.

Sicut Deus noluit Ecclesiam absque his symbolis institui, ita neque constitutam absque his symbolis esse uult. In quorum coetu haec symbola non sunt, ibi nec est Christi Ecclesia, nec est ullus Christianismus, immo ibi nec Deus, nec uilla salus est. Quemadmodum Deus solem in mundo uult perpetuo lucere, ita uult Euangelium perpetuo doceri, & Sacraenta sua exerceri in Ecclesia. Qui doctrinam Euangelijs obruant, & Sacraenta eius uel mutant, uel abrogant, opponunt se Iesu

IN DIE ASCENSIONIS.

Iesu Christi regno, mandato, & ordinationi sunt ep̄ apertissimæ Dei patris, qui mandauit, ut filium eius Iesum Christum audiamus: Sunt & hostes Christi ac Spiritus sancti, qui tum doctrinæ Euangelicæ prædicationem, tum Sacramentorum dispensationem instituerunt, & Ecclesiæ commiserunt, qui ep̄ uolunt per hec salutem in Ecclesia effici, donec hoc seculum durat.

Dominus disertis uerbis mandat, ut Euangeliū in universo orbe omnibus prædicetur, ut omnes baptizentur, iubet ep̄ omnia illa seruari quæ ipse præcepit. Vult itaq; in Ecclesia perpetuò seruari, tum doctrinam, tum Sacramenti dispensationem per Apostolos suo mandato institutam, mani feste ep̄ arguit eos antichristos esse, qui Euangeliū doctrinam impediunt, & eius institutioni derogant.

Hic mihi obseruent Tyranni, qui Euangeliū suum cursum prohibent, quam bellè sibi cum Christo, Spiritu sancto, Prophetis, Apostolis, & omnibus pijs primitiua Ecclesiæ Episcopis ac martyribus conueniat, quam longe à Christiana pietate absint, & in quo præcipitio Tartaristent, & quam proximi sint æternæ internectioni. O Satanæ & membrorum eius impudentiam, qui audient se opponere Domino suo, absque cuius uoluntate ne quidem respirare possunt miseri.

Decimæ sextæ, decimæ septimæ, decimæ.

octauæ, & decimæ nonæ.

Signatè Apostolis dictum est à Christo: Ite, & prædicate omnium creature Euangeliū; & docete hominēs seruare, omnia quæcumq; ego, Ego inquam, præcipio uobis. Christus tum Apostolis, tum omnibus eorum successoribus in ministerio Ecclesiæ certum dogma commendauit & tradidit, diceret ep̄ mandauit, quid in Ecclesia uelit doceri, & quasi dignatio ostendit, non quævis esse docenda, sed suum Euangeliū

EVANGELIVM

* tantum esse docendum, eaque solummodo praeccepit traden-
da esse Ecclesiæ quæ ipse praeccepit.

Christi doctrinæ duo docentur. Alterum est quod Domi-
nus nobis gratis ex misericordia bonitate in Christo donet salutem.
Et hæc doctrinæ pars appellatur propriè Euangelium. Hu-
ius doctrinæ sigilla sunt Sacra menta Christi. Alterum est,
quod à nobis Deus requirit obedientiam mandatorum suo-
rum. Et hæc pars doctrinæ de moribus est, continetque expli-
cationem Decalogi.

Hic annotandum est, quām longe absint a regno Dei Epi-
scopi & Pontifices, qui sui muneris obliiti Euangelium extin-
guunt, & Ecclesiam obruunt atque obtundunt humanis do-
ctrinis & traditionibus. Et hinc patet eos nec Christi esse ser-
uos, nec Apostolorum successores, sed mancipia Satanæ, &
Phariseorum sectatores. Horum namque vestigijs insistunt,
non Apostolorum.

Dominus instituens Euangelij ministerium, Apostolis et
omnibus in eodem ministerio successoribus eorum prae-
cepit, ut in universo mundo ubique gentium suum Euangelium
docerent, & baptizarent. Ideo Pontificum, Episcoporum et
Pastorum officium a Domino mandatum, & ab Apostolis
quasi per manus traditum est praedicare Euangelium Chri-
sti, & eius Sacra menta administrare. Hoc qui non faciunt,
nec CHRISTI ministri, nec Apostolorum successores di-
ci merentur.

Apostoli nec adulterarunt Christi doctrinam, nec muta-
uerunt aliquid in institutione Sacra mentorum Christi. Im-
pudens ergo nugamentum est, eos Apostolorum successo-
res ac sectatores esse, qui Euangelium Christi damnant, fal-
sis opinionibus obruunt, & Sacra mentorum Christi institu-
tionem uel pro rorsus damnant, uel ex parte mutant, sicut Con-
stantiensis

IN DIE ASCENSIONIS.

stantiensis & Basiliensis concilij authores fecerūt, & omnes Romanenses adhuc faciūt, qui Christi institutionem de participatione utriusque Sacramenti, proclaimant esse hæresin, & hac ætate propter uerum & iustum usum Eucharistiae, ppter corporis & sanguinis Christi participationē multa milia hominum perficta fronte spoliāunt suis possessionibus, inhumanissime proscrisserunt, & persecuti sunt crudelissime, etiam saeuis tormentis affecerunt & trucidāunt, exercuerunt (p sub prætextu religionis id quod omnium horribilis simum est) maiorem tyrannidem contra uere pios & innocentes homines, quam Nero, Domicianus, Julianus, et similes tyranni unquam exercerent.

Qui tamen inter hos primi esse uolunt, omnis ruboris nesci, non uerentur se uocare Ecclesiæ columnas, cardines, defensores, catholicos, sanctissimos Christi uicarios, Apostolorum successores, synodorum rectores, Spiritus sancti magistrorum, ab omni errore alienos, &c. cùm tamen, ut uno uerbo attingam (quia nullæ linguae habent satis uerborum ad pinguenda hæc monstra) sint impudentissimi lenones, omnium nefandarum libidinum magistri, omnium imposturarum archei, auarissimæ & fœdissimæ harpyæ, & omnium scelerum ac impietatis turpe profluuium, & inexhaustum pelagus. Apud hos nunc hæretici audiunt, quotquot amant priorem Euangelij doctrinam. Tales sunt qui modò Ecclesiæ præsident, qui sub Apostolicæ autoritatis titulo sibi potestatem arrogant omnia figendi & refigendi in Ecclesia, cùm illi etiam illa potestas Apostolis nunquam data sit, neque illi etiam sibi usurparint. Eorum Sparta erat Euangelij prædicatio & Sacramentorum dispensatio. Hanc ornauerunt. In hoc toti erant, ut iuxta Christi mandatum omnia facerent. Non iudicauerunt, sibi licere in Christi ministerio uel minimum mu-

E V A N G E L I U M

tare, & ab hoc ipso uel pilum latū discedere. Non erant tam
effrontes, quam nunc Principes Episcopisunt. Quæ in Ec-
clesiis Apostoli ordinârū & instituerunt, pauca & ualde ne-
cessaria fuerunt, proderantq; ad ministerij Christi conserua-
tionem & illustrationem. Semper intra limites sui mandati
continuerunt sese, non transilierunt unquam metas ordina-
tionis Christi. Quæ pertinebant ad eutaxian in administrati-
one demandati officij, ea tantum instituerunt & approba-
runt. Nihil nec ordinârunt, nec ordinari uoluerunt, quo ob-
scuraretur ac obrueretur doctrina Euangeli, & Sacra-
torum administratio. Sicut D. Pauli mandata de constituuen-
dis Episcopis, Presbyteris & Diaconis, ad Titum & Timo-
theum perscripta, declarant.

Quicquid aut Apostoli ipsi instituerunt, aut ab alijs in-
stitutum comprobârunt, illud tantum instituere, et compro-
bauere, ut in ministerio Christi, hoc est, in doctrina & Sacra-
mentorum communicatione omnia fierent $\alpha\chi\mu\acute{e}\nu\omega\varsigma\Omega\kappa\mu\acute{e}\tau\alpha\tau\acute{e}\varsigma\eta$, ut Apostolus ipse docet 1. Corinth. 14. Et hic debet
esse finis omnium Ecclesiasticarum ordinationum. In Eccle-
sia impia & noxia sunt omnia illa, quibus obscuratur & ob-
vuitur ministerium Christi. Papisticis traditionibus Christi
ministerium non modò est obscuratum, sed ex multis tem-
plis omnino profligatum, ideo impia sunt.

Apud Canonicos, è quorum numero Episcopos Cationis
civis similes eligere consuetudo obtinuit, Christi ministerium
in tantum euiluit, ut è suis Dominicis (quæ initio erant Do-
mini templa, parochiæ & pietatis Scholæ, nunc autem pro-
stibula, & omnium impietatum officinæ facta sunt) bapti-
steria aut omnino eiecerint, aut ad templi posticū in aliquę
in suis templis ægrè locum dent deum peractis suis origi-
nis. Hac

IN DIE ASCENSIONIS.

ts. Hæc sane sunt certa testimonia & indicia, Apostolorum officium apud Pontifices & Episcopos non esse magni momenti, & inter aliquot Episcoporum myriades nec unum esse, qui uel extremo digito dignetur attingere Christi ministerium, res ipsa loquitur. Rebus omnibus recte excussis & expensis, in Papismo liquidò cernitur, uero Christi ministerio apud Papistas nihil unq' uilius aut fuisse, aut esse. Quæ uideatur apud eos superesse religio ac pietas, aut quæstus, aut execrabilis idolomania est.

Vicesimæ.

Iesus Christus uniuersi Dominus in Ecclesia Euangeliū ministerium instituens, iubet ut Apostoli in uniuerso mūdo Euangeliū prædicens, & baptizent. Ille eos datis mandatis emittit. Illius legati ac serui sunt, ut hominibus seruiant ac commodent, hominum serui non sunt, non habēt imperium in eorum functionem. Dominus iubet ut Verbo & Sacramento diuinæ misericordiæ opes per uniuersum mūdum dispensent, ut doceant et baptizent, etiam omnibus mūdi principibus repugnantibus. Christi ergo œconomia ac serui tantum sunt in Ecclesia tum Apostoli, tum' eorum successores.

Sicut ciuilis potestas est Dei minister, qui potestatem ordinavit ad laudem bonorum, ultionem malorum, ita Dei ministri sunt in Ecclesia quoq' ordinati ad docendum, ad absoluendum resipiscentes & excommunicandum impoenentes. Quemadmodum Magistratus est Dei & suæ Reipub. seruus; Ita animarum pastores sunt Iesu Christi & suæ Ecclesiae serui. Etsi Magistratus Reipub. famulus est, non tamen est cuiuslibet cordonis mancipium. Etsi Ecclesiæ Episcopus Ecclesiæ seruus est, tamē non est subiectus cuiuslibet hominis imperio, nec est cuiusvis lrixæ seruulus.

Vt Magistratui in politia commissus est gladius, siue iu-

EVANGELIUM

risdictio, qua suam politiam regat, & ex legibus cuique ita reddat, atq; ita singulis in sua Repub. seruiat, ita ijs qui in Ecclesia præsunt, à Domino commendata est doctrina, ut hac Ecclesiam regant, & eius explicatione in sua Ecclesia omnibus & singulis seruant. Sed ipsi debent mundum docere & doctrina gubernare omnem creaturam, Verbi Dei capacē, non debent mundi temeritate & libidine regi. Christi ministerio præsunt, quieis dixit: Ite, p̄edicate Euangelium omni creaturæ, non sunt humanarum cupiditatum mancipia. Sūt Ecclesiam, non sunt pedarij suffragatores imprudentium et petulantium hominum.

Gubernatio in Ecclesia non est dominatio, sed est scripturae & diuinæ uoluntatis expositio, quæ urgenda est in Ecclesia, docendo, exhortando, admonendo, redarguendo, excommunicando et absoluendo, ac omnibus illis modis quibus Dei gloria & Ecclesiæ salus promoueri potest. Dominatio est pars tyrannidis. Tyrannis in quauis Repub. detestanda est, tantum abest ut in Ecclesia probari posset, ubi nihil nisi doctrina Euangelij Christi sonare & regnare debet, non priuata hominum cupiditas.

Respub. regendæ sunt aut scriptis legibus, aut receptis & iustis consuetudinibus, aut recte rationis consilio & a quietate, non priuata aliquorum hominum prava uoluntate. Ecclesia tantum gubernāda est Dei uerbo, quod Dominus uoluit regulam ac normam esse in uniuerso orbe, ut qua dirigeantur affectus & mores in quoouis uitæ genere, & in religione Dei cultus regerentur.

Quos Dominus p̄aficit suæ doctrinæ ministerio, eos non uult humanæ uoluntatis & arbitrij esse seruulos, sed fiduciarum mysteriorum economos. Ipsi mundum debent docere

IN DIE ASCENSIONIS.

docere & regere nomine sui Domini, & per ipsius verbum, non à mundo regi debent. Ipsi à Domino emittuntur ut mū dum doceant & arguant de peccato, ut gregē Christi, sicut D. Petrus ait. cap. 5. pascant, id est, doceant & gubernent, non ut mundo obsequantur & eius uoluntatis seruant, sicut pseudapostoli uentrī mancipia facere solent.

Vt non licet pastoribus animarum dominium exercere in sortem ac gregem Domini: Ita etiam non licet aut ἀντεπα-
τέα, aut ἀμυνατέα Ecclesiæ inspectores in hominum serui-
tutem redigere.

Scriptura Euāgelij ministros uocat Pastores, Episcopos, Presbyteros, Dei œconomos, Prophetas, doctores, Aposto-
los, Dei cooperarios. Haec uoces profectō honestæ & diuinæ
gubernationis appellationes sunt, non seruiliis subiectionis.
Apostolus eos dupliciti honore dignos iudicat, Dominus eos
ordini parentum connumerat. Viderint ergo isti ἀριθμοί, et
Ecclesiæ Christi depopulatores, quam rationem Deo reddi
turis sint, qui hodie synceros, fidos & innocētes Ecclesiarum
pastores aut impudenter suo loco mouent, aut inedia callide
ejiciunt, ut sic cogant eos aut egere, aut suis affectibus subser-
uire, et à mandato Christi declinare, qui uult suo uerbo mun-
dum regi, non se à mundo regi.

Non rari nunc sunt ἀνάρται & ἀλαζόναι idiota, in mani-
bus suis habentes, unde Christi ministris uiuendum sit, qui
arrogant sibi in ministros summum imperium, quiq; eos
pro inauictoratis mancipijs reputant, & domesticis seruulis
comparant. Nec pudet eos impudenter sic obgannire suarū
anمارum pastoribus, ut probent suum in Pastores suos im-
perium: Qui stipendium numerant, sunt illorum domini qui-
bus numeratur. Nos stipendium numeramus Ecclesiæ mi-
nistris. Non est itaq; ambigēdum, quin simus illorū domini.

EVANGELIVM

Strogares bellos istos Ecclesiastici et sacri ministerij euer
sores, quantum ipsi de suo numerarent Ecclesiæ ministris, in
telligeres eos ad conseruationē ministeriorum Ecclesiæ nec
teruncium dedisse, nec unquam datus de suo aliquid esse,
nec eos nomine numerati stipendijs magis censi posse do-
minos ministrorum Ecclesiæ, quam Turca eorum dominus
iudicari possit, qui ut nunquam ad conseruationem ministe-
rij Christi aliquid dedit, ita neq; datus est. Si quid uerha-
beret maior propositio, quæ in se falsissima est, non tamē qd
illī à vīpi ratiocinatores inferunt, sequeretur, sed hoc, Eccle-
siam dominam esse ministrorum Christi, non Ecclesiæ quæ
stores, quorum tantum est Ecclesiæ bona, ad conseruationē
sacrorum ministeriorum, erogare, non imperare Christo &
eius ministris.

Quam autem insulsa, inepta, stolidæ, delira & obtusa sit i-
storum homuncionum argutatio hinc æstima. Liberi qua-
lunt senes et debiles suos parentes de suo, non sunt propter
hoc officium parentum domini, nihilominus debent illis ho-
norem, non minus pertinet ad liberos Dei mandatum: Ho-
nora patrem tuum & matrem tuam, quam si ipsi à parenti-
bus nutritur, quos nunc alunt. Item, Vxor quaæ suo labo-
re alit ægrotum maritum, non fit propterea mariti sui domi-
na, quod eum alit. Prò Deum immortalem ut dementant ho-
mines ambitiosæ & prauæ persuasiones. Subditi censu, tri-
buto, uectigali, & alijs contributionibus conseruant officia
magistratus in sua Repub. Ergo ne subditi erunt sui magi-
stratus dominis.

Nec hic ulla dissimilitudo est: quia hæc omnia Dei præce-
pto pariter sancita sunt. Sicut Deus politiam, ita & Ecclesiā
constituit. Sicut politiæ quosdam uoluit præfici, ita & Eccle-
siæ suos præfici uoluit. Ecclesia absq; inspectoribus minus
potest

IN DIE ASCENSIONIS.

Potest subsistere, quam Respub. absque magistratu, quod illa coelesti sapientia, haec ratione, qua unusquisque naturaliter prædictus est, gubernetur et conseruetur. Sicut Deus in potia uult subditos impensis suis conseruare publica officia ad hanc uitam necessaria, ita uult et Christianos Christi ministria ad cultum Dei & animarum salutem necessaria conseruare res suis sumptibus. Ministeria tum Ecclesiastica tum politica. Dei sunt. Nulli concessum est in his pro sua libidine domini. Necesse est ut conseruentur et administrentur iuxta uoluntatem Dei qui ea instituit. Ut Episcopi qui in Ecclesiam exercent dominium impiè agunt, ita etiam impiè agunt illi, qui si bi imperium in Christi ministerium et Christi ministros arrogant, quicquid uolunt eos regi humanis opinionibus aut uoluntatibus in sacris officijs. Breuiter Christo Domino utriusque patre debent & cedere, non Christus ipsis.

Vicesimæ primæ.

Christus ad sui corporis edificationem, quod Ecclesia est, multos & uarios œconomos in suo ministerio ordinauit, Ephes. 4. uoluitque eos suos labores & operas inter se partiri, ut unusquisque suum officium recte curare, & commode, diligenter ac ritè facere posset. Non est ea inhumanitas & avaritia in Dei ordinatiōibus, qua immoderatis & intolerabilibus laboribus fidos et synceros suos ministros obrui uelit. In omnibus rebus Deus comprobat utilem avaritiam. Et ut ea esset inter Ecclesiae ministros, Apostolus iubet in Ecclesia perfici ministerij Episcopos, Presbyteros & Diaconos. Etsi Dominus coniunxit Baptismū in prædicationi Euangelice, non tamen ita coniunxit, ut non liceret ministris Ecclesiae haec officia se parare, & pro commoditate inter se commode partita admistrare.

Dominii uoluntas est, ut Euangelium in uniuerso terrarū

E V A N G E L I V M

orbe deñuncietur, & ut homines baptizentur. Siue id unus,
siue plures, siue coniunctim ab uno, siue separatim à duobus,
ac pluribus fiat, nihil ad Dominum. Dominus uult Euange-
lium annunciarī & homines baptizari. Id cùm fit, Christimā
dato fit satis. Qua ratione & ordine id fiat, nihil refert. Quo
Euangelici ministerij officia melius & commodius institū-
tur et curantur, eò acceptius id et gratius est Domino. Com-
moditatis rationes in sacris ministerijs Dominus cōmendat
prudentiæ suorum œconomorum. Seuerius nihil neq; præ-
scribit, neq; exigit. Relinquit in hac re suis œconomis liber-
tatem, non ut oc̄j & inertiae locus sit, sed ut eò rectius & dili-
gentius currentur officia Euangelici ministerij. Hanc liber-
tatem esse & semper fuisse in Euangelij ministerio Christus
& eius Apostoli suis exemplis testantur. Christus innume-
ros docuit, Euangeliū Domini omnibus annunciauit, nul-
los tamen ipse baptizauit, sicut Ioann. 4. dicitur. Iesus ipse
non baptizauit, sed discipuli eius.

Quod aut̄ Ioan. 2. scribitur, Iesum cum suis discipulis in Ju-
dæa commorantem baptizasse, non pugnat cum hoc loco.
Quia discipulorum Baptismus etiam Christi Baptismus est,
cuius mandato aqua baptizabant, ut hoc symbolo ei config-
narent Euangelij sectatores. Christus igne & Spiritu bapti-
zauit occultè, discipuli aqua aperte baptizabant. Aquæ Ba-
ptismus tamen propriè Christi erat, non Apostolorum. Re-
cte ergò dicitur Christum cum discipulis in Iudæa commo-
rantem baptizasse. Hoc ipsum enim quisque facere dicitur,
quod per alios efficit.

Lucas Actorum 2. scribit in prima concione D. Petri uno
die circiter ter mille homines recipisse sermonem Domini,
baptizatos & Christo adiuctos fuisse. Impossibile uero est
uel Petrum solum, uel etiam alios Apostolos loquentes uer-
bum

IN DIE ASCENSIONIS.

bum Dei, & docentes, potuisse tam breui temporis spacio tam grandem hominum turbam baptizare. Verisimile igitur est, omnes illos discipulos, qui tum erant Hierosolymis, & credebāt Christum à mortuis resurrexisse, atq; in cœlum ascendisse, Apostolis in baptizando operam suam præstis. Ita D. Petrus Acto. 10, aliorum opera usus est in baptizante creditum. Cùm enim uideret in suo uerbo auditoribus coelitus donari Spiritum sanctum, iussit eos baptizari in nomine Domini. Iubens eos baptizari, in alias reiicit baptizandi officium.

Baptizandi igitur munus Euangelij doctores alijs posse committere, nec unam personam ad utrumq; onus semper esse astrictam Apostolus 1. Corinth. 1, indicat, qui cùm multa millia Euangeliō eruditusset, ait se tantum baptizasse Christum, Caium, & Stephanæ domum, Item baptizandi & Evangelizandi munus posse diuersis personis demandari disserit, affirmat, dicens, se à Christo non esse missum ad baptizandum, sed ad euangelizandum, non q; baptizare non sit Euangelici ministerij pars, sed quòd Baptismo alijs uacare possint, ut ipse sine impedimento incumbat doctrinæ.

Alius alio melius & efficacius docere potest, quia alius alio mysteria Dei melius intelligit, & rebus sacris magis afficitur. Alius autem nec melius, nec efficacius alio baptizare potest. Seruata ea Baptismi forma quam Christus tradidit, aequaliter baptizant omnes: nulla est propter personas in Baptismo præcellentia. Idem ualeat omniū baptismus coram Deo. Aequalis in eo energia est. Cùm autem sint discrimina dono sum Dei, aliusq; melius sit instructus ad docendum alio, maximum discrimen est in docendo. Ab hoc discrimine cognoscitur, ad quid quisq; à Deo præcipue sit uocatus & missus. Non est quòd quisquam sacerorum indoctus credat se à

E V A N G E L I U M

Deo ad docendum esse missum, cùm docere nequeat. Quis que tantum ad hoc à Deo mittitur, quod intelligit, & presta re potest. Initio quidem rudes Apostoli erant, sed non ante misit eos Christus, quām ad propositum ministerium idoneos reddidisset.

Cùm Apostolus uideret, quantum interesset inter suam & aliorum de mysterijs Dei noticiam, & ad docendum habilitatem, ait se à Christo ad euangelizandum, alios ad baptizandum esse missos, id est, se magis idoneum esse ad docēdum, alios ad alia ministeria aptos esse, atq; ob id se nauare operā doctrinæ (quæ præcipua & præcellentior pars est ministerij Christi) & alijs cōmittere alia officia Ecclesiastici ministerij.

Vicesimæsecundæ, & Vice-

smæsextæ.

Dominus baptizatos, si in Christum credunt, saluos fore pronuncians, salutis promissionem adiūcit baptismo, negat q̄ illos uisuros esse regnum Dei, qui ex aqua & Spiritu sancto non fuerint renati. Ab hac promissione Iesu Christi Dei filij (cui omnis potestas in cœlo & terra data est, & qui salutis opes pro suo arbitratu qualibet re obsignare & porrige, re potest) aquæ baptismus est aestimandus, non ab ipsa aqua, quæ ab alia aqua nihil differt, neq; à cærimoniolis baptismo additis, quæ (ut ueteres loquuntur) non sunt de substantia baptismi, nec sunt lā ἐργα, sed πάρεργα baptismi, propter vulgus addita, ut baptismus illis ornaretur, uenerabilior & commēdator imperitis redderetur. Cærimoniae huius authores putauerunt id cærimoniolis posse exponi & præstari in Ecclesia, quod Dominus enarratione sui uerbi, nō cærimonij possent fieri & conseruari uoluit, & ritibus in Ecclesia res sacras posse ostendi, sicut in Scenis res alienis personis repræsentantur.

Si sub

IN DIE ASCENSIONIS.

Sisub nouo testamento (in quo sublatis umbris ueritas proponitur) Dominus salutis mysteria, cérémonijs seu aptis & significantibus symbolis proponi iudicasset conducibile, & ipse suis Sacramentis cérimonias addidisset. Non putandum est eum tam incogitantem fuisse, ut in suo ministerio eius aliquid omiserit, quod ad promouendam Ecclesię salutē potuisse prodefesse. Dominus suo uerbo potius uult illustrati Sacramēta, quam cérimonij, quibus ut plurimum doctrina obruitur. Nec istae cérimoniae sunt ferendae in Christiano cōcūtu, quæ non seruiunt doctrinæ, quales sunt pomposa papistarum cérimoniarum, quibus hactenus doctrina Euangelij non solum oppressa, sed propemodum è templis exclusa ac depulsa est.

Qui iudicant exorcismis, consecrationibus & ceteris cérimonij Baptismi uirtutem adaugeri, contumelia afficiunt Baptismum Christi & Apostolorum, qui absq; istis nugis baptizauere. Sacramentis Christi sua uis diuinitus est. Ea exhibetur per diuinam promissionem, additam Sacramentis. Baptizati salui fiunt, non quod consecrata aqua in Ecclesia sint tincti, sed quod iuxta Christi mandatum baptizati sint eo aquæ baptismo, cui salutis promissio addita est, & quidem ab eo qui coeli & terræ Dominus est, qui in peccatum, mortem & Satanam potestatem habet.

Omnis uis Baptismi posita est in promissione, quam Dominus ipse exhibit, cuius solius est remittere peccata, & dare Spiritum sanctum, regeneratē corruptam naturam nostram. Inter simplicis aquæ baptismum & Christi baptismum plurimum interest. Aquæ elemento corporis fordes abluit possunt, ad animam uero aqua penetrare nequit, nec ea possunt ablui naturæ uitia, nec uetus homo ea renouari potest. Ideo simplicis aquæ baptismus nihil aliud est, quam inutilis

EVANGELIVM

corporis lotio. Christi baptismo qui datur in nomine patris,
filij & Spiritus sancti, coniuncta est Dei uirtus, & additum
est Euangelium salutis, ac promissio de remissione peccato-
rum, de renouatione ueteris naturae, de æterna uita & salu-
te. Ideo inter Christi baptismum qui aqua fit, & inter cate-
ros baptismos siue corporis lotiones magnum discrimen est.
Nam Baptismus Christi propter Dei ordinationem, manda-
tum, et uerbum est efficax, et confert res promissas, estq; or-
ganon & uehiculum Dei, quo ad nos salutis beneficia adfe-
runtur, & per quod eorum dispensatio inchoatur in hac ui-
ta in Ecclesia.

Vicesimætertiæ, Vicesimæquintæ.

In Baptismo ihs addicitur salus, qui iuxta Dei ordinationem
in Christo baptizantur. Apertum ergo est Baptismum salu-
tis tum organon tum sigillum esse. Organon est, quia cum
Baptismo offertur & exhibetur salus. Sigillum est, quia salu-
tis promissio ei est coniuncta & in eo obsignata omnibus cre-
dentibus in uniuerso orbe.

Vicesimæquartæ.

Christus mundum seruaturus iubet Apostolos Euangeli-
um prædicare & baptizare. In salutis ministerio coniungit ba-
ptismum uerbo. Prædicatio & Baptismus præcipiuntur in
eundem finem. Comprehenduntur in eodem mandato. Er-
go Baptismus tam necessarius est ad salutem, quam est Eu-
angelij prædicatio. Christus Euangilio salutis addit Baptis-
mum, & iubet ut Apostoli Euangelium annuncient & bap-
tizent, pronunciatq; saluos fore qui crediderint & baptiza-
ti fuerint, negatq; Ioann. 3, hominem uisurum esse regnum
Dei, nisi renatus fuerit ex aqua & Spiritu. Ex hoc liquido ap-
paret, & uerbo & Sacramento nobis opus esse ad consequen-
dam salutem in Christo propositam.

Sicut

IN DIE ASCENSIONIS.

Sicut circuncisio masculorum sine iactura salutis in ueteri testamento omitti non potuit, ita neque baptismus omitti poterit tempore noui Testamenti. Christus mandat ut baptizemur, & annumerat Baptismum ministerio salutis. Coniungit eum cum Euangelio. Christo itaq; se opponunt, & salutem tum suam tum aliorum produnt, qui arbitrantur baptismum omitti posse, tanq; externam & inutilem aliquam cærimoniam. Scire refert plurimum, cuius institutio sit Euangelij prædicatio, & administratio baptismi, nempe Christi universæ creaturæ Domini sedentis ad dexteram patris, ut hac conſyderatione, illi, qui præſunt, intelligent hoc ministerium summa fide, diligentia, ac reverentia tractandum esse, utq; Ecclesia dicat magni aestimare & uenerari ministerium hoc sacrum & in honore habere eius administratores.

Christus in cœlum iamascensurus hoc ministerium instituit, et commendauit illud uniuerso mundo, omnibusq; Euangelij ministris, dicens: Ite in mundū uniuersum, & prædictate Euangelium omni creature, docete omnes gentes, baptizantes eas &c. Sicut Christi ministris præceptum est, ut verbum doceant, & Sacramētum iuxta Christi mandatum administrent: Ita præceptum est omnibus hominibus, ut & verbū audiant ac suscipiant, Sacramentoq; iuxta Christi mandatum utantur. Frustra institutum esset Euangelij ministerium, si Apostolis docētibus non deberet obedire mundus. Quid enim confert docere, ubi nemo obtemperārit docēti?

Vicesimæ septimæ.

Anabaptiste furiosi homines spargunt passim sua deliria, docētes nullos esse baptizandos, nisi primum Verbum Dei didicerint, & ex scientia sua sponte Christo nomen dare potuerint, damnantq; omnino baptismum puerolorum, quem Ecclesia inde usque ab Apostolorum tempore habuit & ap-

EVANGELIVM

probauit. Nituntur autem præcipue insulsa hac ratiocinatio
ne. Fides est ex doctrina. Fides debet precedere baptismum.
Ergo baptizari tantum debent uerbo Dei edocti & creden-
tes. Minorem confirmingant hoc somnio, Christum, cum dixe-
rit: qui crediderit et baptizatus fuerit, fidem baptismō pre-
lisse, uelle quod ut non sine delectu baptizentur omnium Chri-
stianorum liberi, sed tantum illi, qui credunt in Christum, &
fidem profitentur. A iunctu docendi & baptizandi ordinem in
narratione commissionis Christi præscribi. Sed hoc ab illis di-
ci potest, probari non potest.

Scriptura de rebus inter se coniunctis loquens, compre-
hensim res proponit, non præfigit tempus & ordinem. Siē
Scriptura testimonijs eiusmodi regula statueretur, ea quæ
prius dicuntur, etiam tempore & ordine esse priora, bone
Deus, quæ portenta dogmatum ex hac regula secutura &
proditura essent. In principio creauit Deus cœlū & terram,
ergo rerum principium fuit ante Deum, quia prius fit princi-
pium & creature mentio, quam Dei. Apostolus priore Tunot-
e. dicit: Deum uelle omnes homines saluos fieri, & ad agniti-
onem ueritatis uenire: Apostolus non simpliciter loquitur,
sed allegat Dei uoluntatem. Si in omnibus ijs, quibus Deus
suam uoluntatem exponit, simul ostensus est ordo exequen-
di eius uoluntatem, ergo Deus uult omnes homines prius
saluos fieri, & deinde agnoscere ueritatem. Quando: In hac
uita: Non, sed cum salui facti fuerint olim in eterna uita, uel
quod ut absq; Euangeliij prædicatione & fide (quæ in æterna ui-
ta obliterabuntur) omnes homines salui fiant. Disertè enim
ait, Deum uelle omnes homines saluos fieri, & tum demum
(si quid uerihabet catabaptisticus canon) ad noticiam uerita-
tis uenire. Ex hoc uno loco æstimari potest, anabaptisticum
istum canonem, quo quis portento portentosiorum esse.

Chri

IN DIE ASCENSIONIS.

Christus etiam hoc anabaptisticum figmentum aperte dicitur, mandans, ut non solum antequam baptismus conferatur, sed etiam baptismo collato, Christi Euangelium cum doctrina de bonis moribus semper doceatur & inculetur baptizatis, doceanturque baptizati seruare omnia quae cunque mandata sunt Apostolis. Siue ante siue post baptismum homines doceantur, Christo perinde est, modo doceantur, & verbi Dei noticiam consequantur. Ideo utrinque doctrinam quasi sepit baptismum, inquiens: docete omnes gentes, baptizate eas, & docete eas seruare omnia quae cunque præcepi vobis. Matth. 28. Hinc manifestum est, Christum mandante suis Apostolis, ut omnes gentes doceant & baptizent, neque ordinem, neque qualitatem personæ baptizandæ descriptissimè, sed tantum in salutis ministerio coniunxit doctrinam et baptismum.

Vicesimæ octauæ, Vicesimæ nonæ,
& Trigesimæ.

Quibus Christus Euangelium vult annunciarí, eosdem etiam vult baptizari. Euangelium iubet annunciarí omnem creaturam, quae eius capax est, omnibus igitur gentibus. Sub appellatione omnis creaturæ & omnium gentium proculdubio etiam infantes comprehenduntur, ergo baptisimo etiam sibi vult consignari et consecrari omnem creaturam, omnesque gentes, quae cupiunt Euangelij doctrinam & baptismum suscipere. Ut autem ratiōis per ætatem compotes idonei sunt ad accipiendo doctrinam, ita etiam quilibet pueri apti sunt ad suscipiendo baptismum.

Stulte prætexitur pueros ad baptismi susceptionem non esse aptos, quum nemo nesciat, eos lotioni aptissimos esse, eosque sacro regenerationis lauacro opus habere propter originis uitium, cum quo nati sunt. Non magis infantibus dene-

E V A N G E L I V M

gari poterit baptismus, quam Euangelium adultis. Salus est etiam infantium. Christus dicit ipsorum esse regnum celorum. Quorum salus est, & qui ad regnum Dei pertinent, illis profecto nec salutis sigillum, nec catholicæ Ecclesiæ tesse traхи, quibus signatum conceditur.

Obijcetur fortasse, Euangelium annunciarí illis, quid sua sponte suscipiunt, non obtrudi ihs, qui id capere nequeunt, ita nec baptismum ullis dari debere, præterquam ihs, qui eum sua sponte expetunt. Et cum infantes eius nullam noticiam habeat, nec eum cupiant, nullo iure illum ipsis dari posse. Respondeo cauillationem esse quod obijcitur. Verbum illabitur in animos, aquæ baptismo tingitur corpus. Ad utramque partem mandati Christi requiruntur apta obiecta & crogana. Corpus quodlibet aptum est ad ablutionem baptismi, sed ad perceptionem uerbi quod prædicatur, non sunt aptæ quælibet hominum mentes. Ideo unaquæc pars mandati Christi applicanda & accommodanda est ad suam partem hominis.

Cum infantes tam bene & facile possint baptizari, quam adulti uerbo Dei possunt instrui, non magis illis cum ad baptizandum offeruntur, debebit baptismus denegari, quam his uerbum. Nec haec est noua doctrina. Habet consensum totius sanctæ Ecclesiæ. Haec ab Apostolorum tempore sic semper est interpretata Christi mandatum de Euangelij annotatione & baptismo.

Apostoli etiam facto testantur, se ita intellexisse Christum institutionem de prædicatione Euangelij & baptismo, quicquidem patrefamilias & cupiente baptismum pro se & suis, statim post unam conciunculam patrem familias cum tota sua domo baptizauerunt, in qua absq; dubio pueri & multi mysteriorum

IN DIE ASCENSIONIS.

steriorum fidei uralde rudes extiterunt. Non enim absq; mi-
raculo in una concione discere potuerunt uel præcipua ali-
qua capita Christianæ doctrinæ. Statim post unam concio-
nem D. Paulo iubente, Philippis Lydda cum sua domo et cu-
stos carceris publici cum omni sua domo baptizatus est. A-
ctorum 19. Absq; examine atq; delectu nulla facta inquisitio
ne de fidei qualitate continuo baptizatos esse omnes, qui E-
vangelio uel semel auscultarūt, & Christi religionem ample-
cti uoluerunt, passim legitur in Apostolicis Actis. Manife-
stum itaq; est, exactam omnium articulorum fidei ὁμολόγηση
nunquam sigillatim in ipsa turba baptizandorum postulatā
esse ab Apostolis antequam baptizārint, quam tamen Ana-
baptistæ exigi debere clamitant, antequam quisquam ad ba-
ptismum admittatur, ut hac ratione à baptismo excludant in-
fantes, à quo nec homo natura surdus, mutus & fatuus ar-
ceri posset, si qui peterent eum Ecclesiæ Dei ascribi per ba-
ptismum.

Absq; exemplo & authoritate Scripturæ infantes à Ba-
ptismo depellunt anabaptistæ. Baptismus est symbolum ini-
tiationis & consecrationis, quo consecramur ac nomen da-
mus Christo. Hic non doceo Apostolos absq; præcedente fi-
dei examine omnes baptizasse, necq; contendo fidei examen
& confessionem à Christo esse improbatam, necq; imprebo
ueterē Ecclesiæ catechizandi morē ad docendū utilem, & ad
formandam pietatem necessarium. Non enim puto adultos
poscentes baptismum admittendos esse ad baptismum abs-
que iusto examine, sed hoc tantum urgeo sub prætextu con-
fessionis fidei (quam anabaptistæ ab omnibus baptizādis ex-
igi debere rixantur) piorum infantes, qui aliena fide & orati-
one in Ecclesia Christo offeruntur, à baptismo non esse arcē-
dos nec ab eo esse depellendos, donec adoleuerint & dicdice

G

EVANGELIVM

rint reddere exactam rationem Christianæ fidei, & recensere præcipua capita nostræ religionis. Hæc mora non caret salutis periculo, & est seminarium dubitationis & inquietudinis conscientiarum, ideoq; est uitanda.

Cooptamur Christianorum consortio, & recipimus ad Christianæ religionis professionem per baptismum. Cùm ad Christianismum aditus nemini prohibendus, nec ianua cuiq; præcludenda sit, non licet ulli homini, qui aut pro se ipse baptisatum, aut pro suis ex fide petit, eum denegare. Sicut per circuncisionem Israelitæ in populi Dei coetum & religionis consortium assumebantur, ita gentes per baptismum asscribuntur in unam religionem. Et ut per circuncisionem licuit pueros & adultos sine discrimine initiare religioni Israelitæ, ita etiam nunc licet tum pueros tum adultos initiare & consecrare Christianæ religioni. Quod circuncisio fuit populo Israelitico, id nobis baptismus est. Cùm per illam pueri octo dies nati, relati sint in catalogum populi Dei, cur non etiam nunc infantes, per baptismum ascriberentur Ecclesiæ? Hæc ne modo in sua libertate maiori seruituti astricta erit, q; legis populus olim fuit.

Apostoli fecerunt suum officium iuxta Christi mandatum. Omnibus sine delectu personæ predicauerunt Evangelium & baptizârunt quotquot cupiebant Christo per baptismum iniciari. Cætera quæ per verbum & Sacra menta baptizatis exhiberi & in eis effici oportuit, commiserunt Deo. Ipsi planabant & rigabant, Deo committebant incrementum. Eorum munus fuit predicare & baptizare. Hos limites nō sunt transgressi. Non arrogârunt sibi iudicium faciēdi delectum aliquem inter homines docendos et baptizandos, ut Anabaptistæ faciunt. Apostolorum exemplum oportet imitari omnes Christi ministros. Nos ignarissimus occulti iudicij Dei, idcō

IN DIE ASCENSIONIS.

ideo nostrum non est Christo nostra arbitaria baptismi col-
latione suos secernere. Hoc iudicium Deo est relinquendū.
Is suos nouit, nos eos non nouimus.

Trigesimæ primæ.

Omnipotens Dei uirtus coniuncta est omnibus Dei uer-
bis & ordinationibus. Noua, ridicula & stolida iudicabatur
Euangelij doctrina ab omnibus mundi sapientibus, rideba-
tur & habebatur odio ab omnibus, nihilosecius tamen per-
ruperit, resistente Satana cum toto mundo, innotuit & susce-
pta est in toto orbe. Vnde huic doctrinæ tanta uis, quæ per
inermes, obscuros & contemptibiles paucos uiros annunciatæ
est: profectò à Domino suo sedente in dextera Dei. Ipse
præcepit ut Apostoli irent in uniuersum mundum, & prædi-
carent Euangelium, ideo ipsis euntibus uerbum quod adfe-
reabant, nulla saeuicia, nullis artibus, nullaq; potentia impedi-
ri potuit. Tota uis progressionis Euāgelij sita fuit in hoc uer-
bo. Ite, & prædicate, quasi dicat Dominus Apostolis, de suc-
cessu demandati muneris nihil sitis solliciti, ne conuertatis a-
nimí oculos in demandatinegocij difficultatem & impossibi-
litate im, facite uos tantum uestrum officium, ite et docete,
committite mihi successum. Ego etiam resistentibus inferis
cum omnibus mundi sapientibus & potentibus patefaciam
Euangelium meum in uniuerso terrarum orbe per uos, ni-
hil sitis solliciti, uestrum est facere imperata, meum est fortu-
nare quod impero.

Sicut initio Euangelium sola diuinâ uirtute plantatum
est, ita etiam semper est cōseruatum, & usq; ad nouissimum
diem Domini spargetur, promouebitur & conseruabitur in
toto mundo. Repugnante ratione homines in toto orbe di-
uinis miraculis quasi per pulsi & per trac̄ti sunt ad professio-
nem Christiani nominis. Signis enim uicti dederunt Christo

EVANGELIVM

nomen. Placuit Domino suam religionem solo uerbo absque externa ui*u* constituere, & mundum sibi subi*c*ere per doctrinam, & per homines indoctos, simplices, inexpertos, numero paucos, pauperes, inermes, nullius existimationis, & obscuros, ut nostrae fidei summa certitudo esset, ut pro certò sit, tui posset, Christianam religionem diuinitus constitutam esse.

Ne Christianæ religionis hostes cauillari possent, religionem nostram introductam esse hominum calliditate, technis, uiribus, opibus, authoritate, potentia, tyrannide, alijs ue rebus, quæ apud mundum in precio sunt, & quibus aliquid mortalibus obtrudi potest, quibus & Mahometica superstitione inuicta est, Apostolis prædicantibus & Domino ubique cooperante & confirmante eorum doctrinam signis, absque ulla ui*u* propagatus est Christianismus per totum orbem etiam resistentibus doctis, prudentibus, nobilibus, opulentis, potentibus, &c. Sicut & sacra & Ecclesiastica historiæ abū dē testantur. Sola itaque Dei uirtute & potētia confirmatum est Euangelium, & Christi religio constituta est in mundo, & confirmati ac constituti Euangeli*u* euentus declarat Eu angelico ministerio nihil præclarius, nihilque potentius esse, iusque oeconomicis nihil esse dignius, quod sint in totum mundum missi legati Iesu CHRISTI filij Dei, & coeli ac terra Domini.

Trigesimæ secundæ.

Etsi multi Christo asscribuntur per baptismum, tamen illis tantum contingit in Christo salus, qui in eum credunt. Baptismus est salutis in Christo promissæ sigillum, ideo illis irriterunt hoc sigillum, qui in Christum nec credunt, nec eum agnoscunt pro salvatore universi mundi. Sacramenta diuini*u* instituta in Christum respiciunt, ad hunc omnes remittunt,

IN DIE ASCENSIONIS.

tant, in eo illud exhibent, cuius sigilla & symbola sunt. Signa sacramentalia absq; Christo nihil sunt, aut si quid sunt, tantū sunt inanes cærimonie. Nihil ergo prosunt absq; fide. Et hoc innuit Christus subiiciens omnes illos condemnatum iri qui non crediderint, etiam si ipsis millies sit annunciatum Euangelium, & ipsi uigiles sint baptizati.

ASSERTIO SENTENTI arum quarti loci.

Prima.

NI SI ratio humana cæca & ignara esset mysteriorum salutis, non fuisset opus uniuersum mundum edoceri per Euangelium, & Euangelio fidem facere miraculis. Nisi etiam mundus damnatus & æternæ mortis reus esset, non fuisset opus Euangelio salutem ei annūciari in Christo redemptore, nec fuisset necesse Baptismum instituere, ut esset symbolum depravatae ac uitiosæ nature, & gratuitæ redēptionis atq; æternæ salutis in Christo oblatæ sigillum. Horum fines rectè consyderati & exp̄si clare testificantur, mundum naturaliter prauum & cæcum esse in ihs, quæ spestant ad regnum Dei & nostram salutem, eumq; gratis seruari absq; suo merito aliena iusticia.

Secundæ.

Deum (qui creatione & redēptione suam inenarrabilē dilectionem erga nos declarauit) nos gratis per Christū servare absq; nostro merito hinc fit manifestum, quod damnatio mundo et idolatricis per Euangelium salutem offert, q; legge Mosaica abrogata, propter fidem in Christum, iusticiam imputat & salutem donat, & quod hanc, suscipientibus Euangelium, baptismo statim obsignat. Hæc arguento sunt propter Christum salutem gratis donari, non solum immerē

E V A N G E L I V M

tibus, sed etiam eternam maledictionem et mortem meritis.

Tertia.

Cum Christus dicit credentes saluos fore, affirmat omnes illos, qui Euangeliō credunt, liberatū iri ab omnibus ijs, quā per peccatum in mundum introducta sunt, & cum maximo æternæ & cœlestis gloriæ ac beatitudinis lucro restitui omnia, quā Deus homini ad suam imaginem condito, & nondum lapsō in initio dederat. Qui crediderit, saluus erit, id est, à peccati culpa & poena liberabitur, & donabitur ei quicqđ Iesu Christus Filius Dei, legis execratio factus, legis impletione & Dei reconciliatione nobis impetravit & acquisivit. Qui non crediderit, condemnabitur, hoc est, omnis incredulus in peccatis suis morietur, & luet æternas penas peccato per iustum Dei iudicium constitutas.

Quartæ. Quintæ.

Vt Dominus indicet, una eadem cō ratione seruari Iudaeos et gentes, atqđ adeò omnes homines per totum terrarum orbem, instituit unum salutis ministerium, et neglecta Mosaica religione, idem Euangeliō iubet annunciarī omni creaturæ omnibusqđ gentibus, salutem offert & obsignat omnibus credentibus, tum Iudaëis tum gentibus in uno ac solo Iesu Christo, ostenditqđ omnes seruari reconciliatione & redē ptione Iesu Christi Filij Dei. Si diuersa & alia atqđ alia ratio iustificationis esset in diuersis & alijs atqđ alijs nationibus, aliud Euangeliō fuisset demandandum, & pro baptismo a liæ atqđ aliæ cærimonie instituendæ fuissent, ubiqđ idem ministerium reconciliationis pro omni creatura, omnibus uer gentibus non fuisset constituendum. Cum omnibus idem Euangeliū annuncietur, idemqđ Baptismus conferatur, non est dubium, omnes credentes eiusdem iusticiæ, reconciliationis, & salutis in Iesu Christo Domino participes fieri. Huc facit,

IN DIE ASCENSIONIS.

cit, quod D. Paulus ait ad Gal. 3, In Iesu Christo omnes unum hominem repræsentare & esse. Huius participationis æqua litas etiam his uerbis exprimitur: Qui crediderit: quasi dicat: cuius generis, loci, conditionis, dignitatis, ordinis, fortune, et id genus is sit qui credit, nihil refert. Quicunqz credit, sine respectu personæ, saluus erit.

Sextæ, & Septimæ.

Salus, uita æterna, totaçp Dei hæreditas Dei donum est, quod Dominus denunciari & offerri iubet mundo impio, prauo, suaçp gratia indigno. Euangelium et Sacra menta, quibus salus in Christo offertur et obsignatur Dei sunt. Totum itaqp hoc à Deo est, & in Deo situm est quo iustificamur. Fides, qua salutis beneficia accipiuntur, Dei quidem donum est (eam enim in nobis Spíritus Dei excitat & efficit) nostra tamen fierè est & dicitur, sicut alia Dei dona in nobis Spíritu Dei excitata nostra sunt. Fides, ut sic loquar, effectuè Dei est, subiectuè nostra est. Salutis opes, quæ uerbo Dei offeruntur et Baptismo obsignantur in Christo, Dei sunt. Fides, qua oblata suscipiuntur, nostra est. Ita aliquid per gratiam Dei in nobis est, quo iustificamur, nempe, fides, qua in Christo iustificationem apprehendimus & consequimur. Cùm Dominus mundo iubet annunciarí suum Euangelium, æternæ uite opes ei assert, hasçp fide uult suscipi. Ergò alienum est quo iustificamur, sed proprium est per gratiam Dei, quo iustificationem accipimus & nobis appropriamus.

Octauæ, & Nonæ.

Rationem non percipere fidei mysteria Apostoli sua in credulitate declarant, quam in eis Dominus reprehendit. In discipulis Domini cernitur imago caliginis humanarum mētum. Ut illi ratione in fidei mysteria impingebant, & falsa a uana ea iudicabant, ita omnium mortalium ratio impingit,

EVANGELIVM

& de mysterijs iudicat. Mysteria quia sola fide percipiuntur, Dominus fidem exigit ab auditoribus Euangelij, & ijs qui baptizantur, non depositit rationis acumen, quod lux myste riorum ratione apprehendi nequeat, eamqe pro densissimis tenebris ratio habeat.

Miracula quae propter incredulos fiunt, uerbo adiunguntur, illisqe conciliatur ei fides. Nisi ratio naturaliter pugnaret contra Euangelium, sufficeret eius prædicatio, non fuisse opus sermonem Apostolorum confirmare per subsequētia signa. Hæc confirmatio argumento est, rationem pugnare contra fidei noticiam. Nullam noticiam ac scientiam salutis naturaliter esse in toto mundo, Dominus perspicuère is psa comprobat, Apostolos per uniuersum mundum ablegans, ut ei patefaciat salutis cognitionem. Si ratio quæ in mūndo præluebat & mundum gubernabat, suis uiribus intellexisset salutis mysteria, Domino non fuisset necesse doctrinam per suos legatos nouam lucem accendere in hominum mentibus, et patefacere uerbum salutis mūndo incognitum. Mundus suo ingenio potuisset etiam hanc lucem proferre, si eam habuisset, sicut multa alia naturæ arcana ex obscurissimis tenebris eruta protulit sui ingenij uiribus. Sed hæc quia extra conspectum rationis posita est, mundus tenebrosus hanc lucem oculis suç mentis, absque Spiritu sancti illustratione uidere nequit. Ideò necesse fuit, eum doceri uerbo Dei cœlitus reuelato, ut animi nostri fulcirentur et corroborarentur aduersus offensiones, quibus in luctis diffidentiæ animi dubij redundunt & franguntur. Operæ premium est nos scire fidiciam à rationis noticia plus distare, quam cœlum à terra distat, si in spiritualibus pugnis & fidei exercitijs subsistere debemus.

Decime.

IN DIE ASCENSIONIS.

Decimæ.

Lex est obiectum obedientiæ. Ipsa hanc præscriptis legibus gubernat. Humana doctrina est obiectum opinionum, & iudiciorum humanorum. Euāgelium siue promissio Dei in Christo Ecclesiæ condic̄ta, iustificantis fidei obiectum est. In hanc fides iustificans tantum intendit omnes suas uires ac neroos, & defigit suos oculos, in hac apprehendit salutem, & ex ea statuit certò se absolutū iri in iudicio Dei. Et ut Dominus indicet solum Euangelij uerbum fidei iustificantis obiectum esse, lege Mosaica abrogata & mudi Philosophia cōtempta, iubet Euāgelium in uniuerso mundo annūciari, & ut huic ad salutem mundus credat, exigit.

Vndecimæ.

Regni Christi in Ecclesia & politiæ magnum est discrimen. In Christi regno, siue in Ecclesia omnes credētes, etiam mortis rei, propter fidem in Christum iusti pronunciantur, & absoluuntur, damnantur c̄p tantū increduli. In politiæ nec fides, nec incredulitas respicitur, sed legis iusticia & iniustitia. Politica potestas omnem inobedientiam iuxta leges puniit, tum in credentibus, tum in incredulis. In Ecclesia militan te ratio habetur fidei, in politiæ actionum. Ideo Phariseus qui in Ecclesia damnatur, in politiæ absoluitur, & peccator, qui in politiæ iniusticiæ damnatur, in Ecclesia propter fidem absoluitur & iustificatur.

Ne qui tamen putarent in Ecclesia licere impunè peccare, nec in ea animaduerti in nota flagitia, ideo excommunicatio à Domino est instituta, qua peccata cohercentur. Remissio tamen peccatorum non est sita in ipsis Ecclesiasticæ disciplinæ satisfactionibus, sed in fide, & damnatio in incredulitate. Quia etiamsi excommunicatus per externa resipiscet testimonia, Ecclesiæ sit reconciliatus, & ad communionem

EVANGELIUM

admissus, tamen apud Deum non absolutur alia ratione, & per fidem Christi, nec etiam Ecclesia sc̄iēter hominem in creditum p̄oēnitentiam simulantem propter externas impositas satisfactiones absoluit, sed per eas declarat tantum diuinus remitti peccata uerē p̄oēnitentibus.

Duodecimæ.

Euangelium Christi per uniuersum mundum annunciatum est, ut per fidem in filium Dei, hominem factum, DEO coniungeremur, eius naturę participes fieremus, eius populo adnumeraremur, inter eius filios & hæredes computaremur, uniuersoꝝ mundo salutis spes ostensa est in fide Christi, miraculisq; comprobatum est, saluos fore omnes, qui in Christum credunt & baptizati sunt. Ut manifestè ostendetur, homines sola fide Christi seruari, lege abrogata, philosophia contempta, & omnibus tum Iudeorum, tum Gentium cultibus reprobatis, Euangelium annunciatum est, et salus promissa sine personæ acceptione in toto mundo omnibus, Euangelio credentibus.

Decimætertiae. Decimæquartæ.

Christus docens credentes saluos fieri, & incredulos damnari, affirmat gratis seruari eos, qui salui fiunt, illamq; iustificationem in Christo apprehendi propter quam iusti coram Deo reputantur. Christus est propiciatio pro peccatis totius mundi. Hæc propiciatio & reconciliationis uictima in Euangelio annunciatā, in mundo fide apprehenditur. Aliena itaq; iustitia, alieno uite merito seruantur qui fide salui fiunt.

Verbo Dei offertur & Baptismo ob-signatur Ecclesiæ quo seruamur. Sed Christi iusticia uerbo & Baptismo Ecclesiæ exhibetur. Manifestum ergo est aliunde donari, non nostrum esse, quo iustificamur & saluamur. In aliena persona positum est, quo confidimus nos iustificatum iri, nempe in persona

IN DIE ASCENSIONIS.

persona Filij Dei, ideo nostris virtutibus, iusticijs ac meritis illa iusticia tribui nequit, qua in iudicio Dei subsistimus et seruari confidimus.

Iusticia fidei opponitur iusticiæ legis & nostrarum actionum. Cum docetur credentes propter fiduciam in Christum seruari, excluduntur omnia humana merita. Frustrâ iubere nos in Christum credere, et eius iusticiæ fidere, si penes nos esset, propter quod coram Deo pronunciamur iusti. Quid fide accipitur, Dei donum est, in semine Abrahæ propositum, quod nostris iusticijs paratur, nostrum meritum est. Donum & meritum contraria sunt. Quod meremur, non donatur, quod donatur, non meremur. Pugnantia loquitur, qui docet, homines & gratis benigna Dei donatione, & suis meritis seruari. Sic autem docent omnes isti, qui effutiunt & somniant Christianos fide & obedientia erga legem, atque a deo sua iusticia saluos fieri.

Iustificanti fidei semper coniunctus est Spiritus sanctus, quia sicut fides in Christo apprehendit & accipit promissam iusticiam & salutem, ita etiam consequitur promissum Dei Spiritum. Hic facit ut credentes fiant plantatio Dei & frugi seræ arbores iusticiæ. Fides non est absq; bonis operibus, nec est vacua iusticiæ legis, non tamen similia sunt, quæ fides apprehendit, & quæ producit. Iusticiam qua homo iustus est apud Deum, totamq; Dei hæreditatem fides accipit. Iusticiam legis qua glorificatur Deus, & proximo seruitur, pfert. Salus est in illo quod fide apprehenditur, non in eo, quod fides producit.

Fidei fructus habent in hac & futura uita suam remunerationem à Deo, sed fides tantum assequitur æternam salutem, ac uitam. Discrimen remunerationis fidei & bonorum operum prolixè expoluimus in Psalmo 19. Hoc loco non est

E V A N G E L I U M

Igit opus id copiosius repetere. Inde qui legere cupit requiri.
In summa fides est causa salutis. Fidei fructus sunt causæ
gratuitæ diuinæ remunerationis, quæ æternæ & tempora-
riæ, spiritualis & corporalis, coelestis & huius uitæ est.

Decimæquintæ.

Corde ad iusticiam creditur, ore fit confessio ad salutem.
Deus uult ingenuam confessionem illius in Ecclesia extare,
quod credit Ecclesia, ideo Euangeliu adiungit Baptismum,
quo Ecclesia testatur & confitetur credere Euangeliu, Chri-
sto dedisse nomen, & iurasse in eius uerba. Et hæc confessio
ac testificatio est Dei cultus & sacrificium laudis ac gratiarū
actionis, quod Dominus in primis à sua Ecclesia postulat.

Decimæsextæ.

Iusticia nostra semper est imperfecta & uitiosa coram
Deo. Ideò conscientias non potest liberare ab omnime tu iu-
sti iudicij Dei, nec potest in spiritualibus luctis labentes a-
nimos erigere & confirmare: semper relinquit multos scrupu-
los & graues dubitationes in humanis animis. Quibus a-
nimis pacari & liberari debent ab omni pauore, in ihs necessitate
est ut sit robur plenæ fiduciae ac spei, quod in humanis iusti-
cijs non est. Fides in omnibus certaminibus & periculis ap-
prehendit Christum, Filium Dei, Dominum cœli & terræ,
qui in sua manu habet uitam & mortem, qui est uictima pro
nostris peccatis, Deo accepta & perfecta, in q̄ est perfecta li-
beratio, & omne id quod opponi tutò possit omnibus ihs, q̄
nos terrent. Ideò sola fides in Christum est, quæ nos erigit et
consolatur in quibuslibet terroribus & difficultatibus. Hæc
excitat summam πληροειαν diuinæ præsentis opis in omni-
bus malis, quia inserit animis salutis certitudinem, & ubiqz,
& in omni periculo, statuit q̄ saluos fore in Christum creden-
tes, etiam repugnantibus omnibus inferis.

Decimæ

IN DIE ASCENSIONIS.

Decimæ septimæ & Decimæ octauæ.

Sola incredulitas, et in Sp̄itum sanctum blasphemia peccata irremissibilia sunt, non quod peccata sunt, alias etiam contra peccata irremissibilia essent, quæ non minus sunt in obedientia contra Deum, quam est nolle Deo credere ac fidere. Incredulitas damnat, non quod sit peccatum, sed quod respat Christi iusticiam, quæ tantum possumus subsistere in iudicio Dei, & detineat hominem in suis peccatis, quorum stipendium æterna mors est. Christus est nostra iustitia. Hunc qui aspernatur, abiicit ueram iusticiam, & in iniusticia sua manet, atque ideo damnatur, sicut Dominus testatur Ioannis 8.

Nisi credideritis quod ego sim, moriemini in peccatis vestris. Incredulitas excludit iusticiam Christi Euangelio oblatam, ob id ea damnantur omnes. Fides amplectitur oblatam iusticiam, ob id iustificat. Fides non iustificat nec seruat quod virtus sit, alias etiam alijs uitibus (quisbus nuspiam in Scriptura iustificatio tribuitur) meremur iusticiam et salutem, sed quod in Christo iustificationem amplectatur. Per redemptionem & iusticiam quæ in Iesu Christo est, liberamur & iustificamur. Hanc cum apprehendunt fide peccatores, iustificatur, sicut eam latro in cruce in extremo uitæ suæ articulo apprehendit et iustificatus est. Euangelium est Dei sermo de gratia in Iesu Christo donata. Quicunque huic credit, salvus erit. Qui non credit, condemnabitur. Haec est generalis sententia, cui subiacet universus mundus.

Decimæ nonæ.

Fide apprehenditur Dei promissio, hoc est, Euangelium Dei, & Christus ipse. Promissio est omnis gratiæ cœlestis & æternæ salutis fons. Gratia est omnium uitatum effectrix. Fides itaque fons & origo est benarum actionum, quia participationis gratiæ Dei causa est. Incredulitate Sp̄itus et gratia

E V A N G E L I U M

Dei excluditur , caligo & uitiositas naturalis non solum alit-
tur, sed subinde magis atq; magis augetur in homine. Paūla
tim etenim in deterius ruunt, qui gratia & Sp̄itu Dei desti-
tuuntur. Ut Dominus declaret fidem in Christum omnium
uirtutum fontem esse, primò iubet Euangelium annunciarī
& eo fidem effici. Deinde exigit, ut à credentibus omnia illa
obseruentur, quæ præcepit. Absque fide nemo placet Deo.
Absq; hac nemo inseritur Christo. Absq; Christo nemo po-
test benefacere, sicut ipse testatur dicens: Sine me nihil pote-
stis facere. Fide ergò commēdamur Deo, & accipimus ener-
giam benè operādi. Sicut ex Adam malè agendi semina sunt,
ita è Christo uirtus est benè agendi. Qui fide Christo inseri-
tur, & consors fit eius naturæ & Spiritus, is benefacere po-
test. A Christo alienus nunquam potest benè facere, quia ca-
ret uiuifica benè faciendi uirtute, quæ per fidem in C H R I-
S T O accipitur.

Vicesimæ , Vicesimæ primæ , Vicesimæ
secundæ , & Vicesimæ tertiaræ .

Dominus sciens saluum fore qui credit, condemnatum
ri qui non credit, disertè pronunciat, unumquenq; propria
fide seruari, non aliena. Quia non dicit, pro quo creditur sal-
uus erit, pro quo non creditur condemnabitur. Sed qui cre-
diderit saluus erit, & qui non crediderit condemnabitur. A
singulis requiritur propria fides. Nec constituitur discrimin
inter infantes & adultos, sed in genere de omnibus homini-
bus dicitur, credētes saluos fore, incredulos condemnati-
ri. Non conuenit à Scripturæ sententia discedere, & uerbo
Dei affingere quæ nobis per rationem iudicantibus de uer-
bi mysterijs, magis uidentur congruere. Eiusmodi interpre-
tationes rationi magis quam uerbo Dei consentaneæ nō pos-
sunt animos cum dubitatione confligentes pacare, nec pos-
sunt eos

IN DIE ASCENSIONIS.

funt eos certitudine aliqua confirmare. Ad confirmationem
animorum opus est certa noticia, quae ex aperto, expresso,
& indubitate Dei uerbo tantum sumi potest. Humanis op-
nionibus Scripturæ affictis, certa & indubia persuasio ani-
mis inseri non potest. Perpetuo uacillant animi, qui non inni-
cuntur infallibili Dei uerbo.

Cum ipsi infantes baptizati propriam fidem habere pos-
sint, non conuenit Christi uerba in genere omnibus dicta, ad
solos adultos detorquere, & animos Christianorum dubios
reddere de salute suorum infantium baptizatorum. Quia si
infantes baptizati non credunt, statim subrepit haec cogita-
tio, infantes baptizatos condemnari. Nec ea facile excutie-
tur, cum Dominus dicat, credentes saluos fieri, non creden-
tes damnari; et ratiocinatur homo, Baptismum in Ecclesia es-
se inanem ceremoniam, & puerilem lusum. Ne Scripturæ
corruptoribus detur locus calumniose interpretandi uerbū
Dei, & labefactandi nostram fidem de infantium salute, pro-
dest hanc sententiam tenere, infantes baptizatos propriam
fidem accipere, eosq; propria fide saluos fieri, nō aliena. Haec
doctrina minus habet perplexitatis & disputationis, quam
altera illa infantes saluos fieri aliena fide: huic suffragatur Sa-
era Scripturæ authoritas, & probat eam apertis testimonii-
bus, firmisq; rationibus. Et ut soliditas ac ueritas huius senten-
tiae ed clarius pateat, subijciam aliquot eius probationes.

Deus promisit se exauditurum inuocantes. Non est itaq;
dubium, quin exaudiat se inuocantes, & præstet omnia tum
corporalia tum spiritualia dona, recte & piè petita. Domi-
nus promisit nobis spiritualia & corporalia & huius & fu-
rae uitæ bona. Haec omnia tum pro nobis ipsis, tum pro alijs
orantes nos impetrare iuxta Dei ueritatem Christus ipse af-
firmat dicens: Si duò ex uobis consenserint super terram, de

E V A N G E L I V M

Omni re, quamcunq; petierint fiet illis à patre meo, qui in cœ
lis est, Matthæi 18. Item: Petite, & dabitur uobis, querite & in
uenietis, pulsate, & aperietur uobis. Omnis enim qui petit,
accipit, & qui quererit, inuenit, & pulsanti aperietur, Matthæi
7. Item: Amen amen dico uobis, Quæcunq; petieritis patrē
in nomine meo, dabit uobis, Ioannis 16. Hæc testimonia ostē
dunt orantes tum pro se ipsis, tum pro alijs sua fide & oratio
ne quæcunq; Dei beneficia, tum corporalia, tum spiritualia
obtinere.

Et hoc ipsum innumeræ historiæ tum noui tum ueteris
Testamenti etiam comprobant. Abraham fidelis oratione
Sodomitas omnes conseruasset, si decem ibi reperti fuissent
pij. Loth precibus seruauit à subuersione ciuitatem Segor.
Abraham oratione placauit Deum iratum Abimelecho, &
liberauit eum cum sua domo à plaga Domini. Oeconomus
Abrahæ Isaaco iuxta sui domini mandatum querens,
precibus obtinuit Rebeccæ uoluntatem, & actiones circa
fontem, ubi aquam hauriebat, pro suo uoto gubernari, effica
cesq; erant preces eius in animo puellæ ignorantis, quid re
rum ageret ignotus ille homo. Moses ab impijs Aegyptijs o
ratione depulit Dei plagas, oratione Israeli in deserto nulla
non beneficia impetravit, è dura petra aquam depropulsit,
Aaronem & populum ex ultione Dei eripuit, quam confla
tione aut ei uituli aduersus se prouocauerat, Miriam à lepra
liberauit, ignitos serpentes sustulit. Multi pij reges in Israel
fide & precibus uicerunt suos potentissimos hostes. Oratio
ne Elias pluuiam abstulit & restituuit, mortuosq; excitauit.
Id fecit & Helisæus. Arida manus impij Ierooboam oratione
Prophetæ sanatur. Oratione Dauid consilia Ahithophelis dis
sipat & irrita reddit, Ezechias ægrotans oratione in quinde
cim annos prorogauit suam uitam.

Evangeliij

IN DİE ASCENSIÖNIS.

Evangeliū historia etiam testis est, omnes illos qui intercesserunt pro suis paralyticis, surdis, mutis, lunaticis, obsessis, ægrotis, &c. apud Christum eis impetrasse opem. Hæ et plures aliae historiæ euidentissimè ostendunt, oratione tum nobis ipsis, tum alijs nulla non corporalia, ciuilia ac munda bona à Deo impetrari, & illis etiam, qui ipsi uel increduli sunt, uel ignorant, quod pro se oratio fiat.

D. Paulus iubet orationem fieri pro omni magistratu etiam impio, innuens Deum etiam malis benefacere propter bonorum fidem & orationem. Apud omnes pios extra controvërsiam est, fide & oratione omnia bona impetrari, & omnina mala amoueri; nec dubitant omnia spiritualia & coelestia beneficia omnibus illis impetrari fide & oratione, propter bus preces fiunt, quod sciant diuina promissione utrumque genus bonorum condicium esse Ecclesiæ. Scriptura etiam multa exempla recitat, in quibus ceu in quadam insigni pictura ostendit fidelium oratione alijs obtineri spiritualia & coelestia. Dei dona, ad animarum salutem necessaria. D. Paulus in suis Epistolis passim orans pro Ecclesiis, perspicue docet, omnia spiritualia dona ad salutem necessaria pios sua oratione ex fide facta impetrare alijs. Nisi statueret iuxta Dei promissionem non solum corporalia, sed etiam quævis spiritualia. Dei dona orando impetrari, non complectetur in suis orationibus tam multa ac uaria Dei dona, ut Philipp. 1. Orationibus tam multa ac magis abundet in agnitione (inquit) ut charitas uestra magis ac magis abundet in agnitione omniq; intelligentia, ut probetis quæ sint præstantia, ut sitis sinceri, sine offensa in die Christi, repleti fructu iusticie, &c. Item Coloss. 1. Non cessauimus pro uobis orare & poscere, ut impleamini agnitione uoluntatis eius in omni sapientia & prudentia spirituali, ut ambuletis dignè Domino, &c. Hæ, & aliae similes precationes declarant piorum oratione

EVANGELIVM

quævis coelestia & spiritualia dona Dei alijs obtineri.

Huc faciunt etiam hæc uerba D. Iacobi cap. 5. Sic uerbum male est, oret, Si cui bene est, psallat. Infirmatur quis inter uos, inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum &c. Oratio fidei saluum reddet infirmum & eriget eum Domini, & si in peccatis fuerit, remittentur ei. Orate pro uobis iniucem, ut sanemini. Multum enim ualet oratio iusti efficax. Nihil nō spiritualium donorum alijs adduci piorum precibus, palam fit etiam ex D. Petri & Ioannis facto, qui Samaritanis non corporalia tantum dona, sed ipsum Spiritum sanctum oratione impetraverunt Actorum 9.

Cum tam latè pateat Dei promissio, & tam efficax sit coronam Deo piorum oratio, non est dubitandum, quin oratione fidei Ecclesiæ presbyteri, parentes, & illi qui infantes adducunt ad baptismum, ut consecrentur & ascribantur eius Ecclesiæ, infantibus illis super quos inuocatur nomen Domini, impetrant remissionem peccati, & uirtutem nobis diuitus in Baptismo consignatam, nec ambigendum est eosdem infantibus, qui iuxta mandatum Iesu Christi baptizantur, spiritum sanctum in baptisme promissum precibus suis impetrare, qui eos regeneret, in eis naturalem caliginem excusat, & fidem efficiat, quiçp diuinę uirtutis semina eis inserat, quibus uictiosa & depravata humana natura emendetur. Ad hæc etenim omnia Christi Baptismus ianua est, tum parvulus tum adultus.

Aliena oratione & fidei ipsius qui baptizantur, et super quos nomen Domini inuocatur, regenerationem & fidem acquiri, qua unusquisque baptizatus saluus fit, certum est, quod promissio spiritus sancti baptismō addita sit, quod prius facultas à Deo data sit exorandi Dominum in omnibus salutaribus rebus, & quod nemo absq; propria regeneratione & fide, tantum

IN DIE ASCENSIONIS.

Tantum aliena fide iustificetur & saluus fiat.

Quando Ecclesiastici Scriptores tradunt infantes seruati aliena fide, de iustificationis et salutis inchoatione non con summatione, intelligendi sunt. Eorum mens est, aliena fide & oratione gratiam parvulis ad iustificationem perficiendā necessariam esse, non sunt in ea hæresi, aliena fide & oratione, iustos fieri coram Deo, qui ipsi nec renascuntur, nec credunt. Impossibile est non renatos ac manentes in damnatae naturæ tenebris, prauitate, & impietate, posse aliorum fide & obsecrationibus seruari. Sine fide nemo placet Deo. Qui non credit, condemnatur. Oportet fidei aliquas scintillulas & melioris naturæ inclinationes in illis effici, qui Deo probari, sanctæ Ecclesiæ annumerari, & salvi fieri debent. Et ut hoc fiat, in Baptismo datur Spiritus sanctus, qui renouet & sanctificet baptizatos.

Qui Euangelium docent, saluos reddunt auditores, non tamen absq; eorum propria fide. Qui pro alijs orant, saluas faciunt animas à morte, et operiunt eorum peccata, sicut D. Iacobus ait, sed non absq; conuersione & resipiscientia illorū pro quibus fit deprecatio. Qui docet uerbum Dei, is saluos facit homines, quia doctrina fidem in eis efficit, qua salus in Christo apprehenditur. Qui orat ex fide, seruat eum pro quo precatur, quia impetrat ei à Deo gratiā, qua idoneus fiat ad participationem hæreditatis Dei. Hac ratione etiam infantes aliena fide & oratione iustificari ac seruari dicuntur in Ecclesia, quia propter piorum orationem ac fidem eis donatur propria fides qua æternam uitam consequuntur, & consortes fiunt hæderis & hæreditatis Dei. Ita rectè dicitur infantes iustificari & seruari aliena fide & oratione, sed perperam intelligitur absq; propria fide & regeneratione.

Contra fidei nostræ analogiam est, ullum hominem in sua

EVANGELIUM

excitate & impietate alienis uel precibus uel iusticijs seruati. Iesu Christi mors unica redemptionis uictima talibus non prodest ad salutem, tantum abest, miserorum homuncionum prece ac fide eos seruari posse, qui manent in sua innata exitate ac prauitate.

Qui iudicant infantes tantum aliena fide & oratione seruari, seducuntur hac ratione, paruulos propriam fidem habere non posse, quod ratione careant. Sed hec opinio tum a pertis Scripturæ testimonijs, tum firmis argumentis confitatur. Matthæi 18. Christus acceritum puerum in medio discipulorum suorum statuēs ait paruulos, puer in medio collocato ætate similes, credere. Impiè ergo negatur, fidem habere posse puerulos, qui nōdum per ætatem ratione utuntur.

Cum regnum cœlorum tantum sit credētium, iuxta hoc Christi testimonium: Qui crediderit, saluus erit, qui uero nō crediderit, condemnabitur, cumq; Christus dicat Matthæi 19. puerorum esse regnum cœlorum, non obscurè ostenditur, Spiritum sanctum omnia dona Dei ad salutem necessaria exercitare & fidem efficere in illis pueris, qui Christo consecrati & in Ecclesia ascripti sunt. Ut Dominus indicaret Dei uitutem etiam in pueris efficacem esse, imponit manus pueris qui offerebantur, non ut curarentur, quia sani erant, nec ut Christi concionem audirent, quam per etatis imbecillitatem nondum intelligere poterant, sed ut super eos inuocaretur nomen Domini, & ut benedicerentur benedictione spiritu-ali, cuius benedictionis particula fides est, hoc est, renouatio mentis & cordis, qua mentium caligo aufertur, & uoluntas nostra uoluntati Dei coniungitur.

Pueri in Ecclesia Deo accepti & charisunt. Absq; fide ue-
rdim impossibile est quicquam placere Deo, Hebræ. 11. Non
est itaque dubitandum in pueris natura iræ filijs, postquam
ascripti

I N D I E A S C E N S I O N I S.

ascripti sunt Ecclesiae, & consecrati Christo per Baptismū, gratia suscitari hoc donum propter quod Deo gratis sunt, & placent. Sua natura etenim Deo placere non possunt in peccato concepti et nati, atq; irē diuinę ac maledictionis subiecti.

Ad Titum 3, docet Apostolus, nos secundum Dei misericordiam saluos fieri per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos opulētē per Iesum Christum, ut iustificati illius gratia hæredes efficeremur iuxta spem vitae æterne. Apostolus explicatis uerbis docet homines per baptismum et Spiritum sanctum regenerari ac renewari. Regeneratione & renouatio hæc nō est membrorum, sed mentis & cordis. Mentes innouari & coeleste lumen diuinæ cognitionis illis instillari, naturales caligines ac tenebras dissolui, & prauis cordibus inseri sanctioris ac melioris uoluntatis propensionem. Cum itaq; Baptismus sit lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, non tantum adulstis, sed etiam infantibus (unus nanc̄ est Baptismus et Spiritus et fides omnium) non est dubium Spiritum sanctum id ipsum efficere in pueris baptizatis, quod in adultis operat, licet se non simili modo exerat & explicit. Impertit enim unicuique suam gratiæ mensuram pro suo beneplacito, pro ut ipse uult, et nobis expedit, attemperatq; se organis nostri corporis, quando absq; miraculo operatur.

Vt Spiritus sanctus easdem operationes exercet in baptizatis tum adultis tum infantibus, ita si placeret, posset etiam suarum operationum specimen exhibere tam in infantibus, quam in adultis, qui Euangelium confitentur, sed Spiritus sanctus miraculis in omnibus hominibus non uult se patefacere, suasq; donationes ostendere, ut miraculis suis certus & proprius usus ac finis sit maneatq; de quo postea dicetur. Ideo attemperat se nostræ infirmæ naturæ & imbecillitatem corporum nostrorum membris.

Hæc ratiocinatio planè inepta est, Spiritus sanctus in infantibus non aperte exerit suos effectus. Ergò non est in infantibus. Eadem ratione dici posset, sed ineptissimè, puer in materno utero aliquando se non mouet, ergò non est in materno utero. Item, non uidemus animam exercere potentias in pueris, in utero matris quiescentibus, ergò anima non est in pueris nondum natis, nulla uidemus iudicia, nullosq; motus in infantibus, ergò nec mēs nec cor erit in infantibus. Nobis hoc satis sit, quod Scriptura docet & exemplis ostēdit pueros credere. Non puto ullos pios negaturos else Deum eadem posse operari in pueris baptizatis & in adultis, cùm sciant eum esse omnipotentem, & posse facere omnia, quæcumque uelit.

Hic fortassis mihi dicent, posse quidem operari Deum in infantibus ante iustæ ætatis tempus, sed nolle, quod organa in pueris nondum sint apta ad susceptionem fidei. At eos fœde hallucinari Scriptura testis est, quæ testatur omnes baptizatos spiritu & aqua regenerari, & Ecclesiae ascriptos unâ cum alijs habere easdem promissiones, & eundē Christi Spiritum, quo Ecclesia exædificatur & regitur. Ad diluendum hoc somnium Scriptura etiam de Iesu & Ioanne Baptista, a Ihsq; pueris exempla recitat, quibus declarat, Spiritum sanctum in pueris esse & operari, regenerareq; ac renouare eos iuxta suam promissionem. Huius operationis non in omnibus, sed in quibusdam specimen exhibetur, ut ab his æstimemus, Spiritus sancti operationem etiam in pueris illis esse, in quibus nullas cernimus significationes operationum Spiritus sancti.

Lucæ 2. dicitur Iesum Christum puerum secundum humanam naturam (qua absq; peccato nostræ infirmitati subiectus fuit) non solum naturaliter creuisse, sed etiam fuisse confortatum

IN DIB A S C E N S I O N I S.

fortatum spiritu, & impletum sapientia, gratiamqe Dei fuit
se super eum. Lucæ i. de Ioanne Baptista, puer quoqe, di-
citur, eum ab utero matris suæ Spiritu sancto repletum, cre-
uisse & confortatum fuisse Spiritu. Cum Spiritus sanctus in
his pueris operatus sit, cur non etiam in alijs pueris eset ef-
ficax & operaretur, qui lauacro regenerationis tinguntur?

Nec potest inter miracula referri, Spiritum sanctum in Ie-
su & Ioanne pueris operatum esse, quod hoc factum sit in il-
lis annis, in quibus uterqe obscurus delituit, nec fuit ulla cau-
sa, propter quam tum inclarescere oportuit miraculis, quæ
tantum sunt data ad confirmationem ministerij Euangelici,
& nostræ fidei. Non est dubium Scripturam de operatione
Spiritus sancti in duobus his pueris facere mentionem, ut no-
bis indicet, Spiritum sanctum in pueris Deo consecratis sua
gratia efficacem esse & operari. Et dum asserit eos Spiritu
confirmatos fuisse, diserte innuit, in eis effectam fuisse fidem,
eamqe subinde auctam & corroboratam per Spiritum DEI
fuisse.

Anima indita corpori statim operatur in membris eius,
& exerit suas potentias in singula eius membra, & ostendit
aliquas significationes intelligentiæ in pueris ab umeribus per
dentibus. Quomodo non operaretur Spiritus sanctus in il-
lorum puerorum mente & corde, qui Deo consecrati sunt?
cum & Deus sit, & longè potentior quam anima. Spiritus
sancti uis non potest impediri mentium ac cordium nostro-
rum imbecillitate, ut animæ potentia in corpore impeditur,
uel infirmitate, uel uitio membrorum ac organorum eius.
Ideo nihil obstat, quod minus credamus fidem in pueris effici-
a Spiritu sancto.

Spiritum sanctum excitare noticiam mysteriorum & ef-
ficere fidem in pueris, confirmingant nobis suo exemplo pueri

EVANGELIVM

illi, qui nec edocti, nec incitati ab hominibus, Iesu Christo in templo acclamauerunt; Hosanna filio David. Matthaei 21.
Hos pueros solo Spiritu sancto doctore & monitore Christum agnouisse & salutasse filium David, Dominus ipse affirmat, citans de hoc facto uaticinium Psalmis. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Propheta puerorum acclamationem fidei plenam Deo, non pueris tribuens, inquit: Tu perfecisti laudem ex infantium ore, quasi dicat: Tuum diuinum opus est, humanum opus non est, Quia confusio haec superat puerilem captum.

Similis gubernatio Spiritus sancti aperte uisa est in puerro Samuele, qui statim post ablactationem Deo consecratus, ad cultum Dei animum adiecit, Regum 1. et in Ieremia, quem Dominus ab utero preparauit ad prophetandi munus. Ierem. 1. Spiritus sanctus qui in Iudæorum pueris efficax fuit, fidemque effecit, illum etiam in Christianorum pueris operari & fidem efficere dubitandum non est. Scriptura docens nos omnes in Ecclesia esse Deo consecratus, soli Deo noticiam mysteriorum & fidem tribuit, negat eam effici humanæ mentis viribus. Cum in pueris eadem organa sint, quæ in adultis sunt, Deusque tam benè operari & fidē efficere possit, quam in adultis, quid uerat baptizatis pueris propriam fidem tribuere? Qui concedunt eos Deo consecratus esse, oportet etiam concedant, eos credere. Quia à Deo doctus nō est, qui incredulus est. A Deo doceri est pars illius regenerationis ac renovationis, quam Spiritus sanctus in Baptismo regeneratiois lauacro inchoat in pueris Christo consecratis.

Ioann. 2. Apostolus filios Dei (quibus peccata remittuntur propter nomen Christi) redigit in tres ætatis ordines, alios appellat patres, alios adolescentes, alios pueros, & ut patribus, ita etiam pueris non solum ascribit & qualiter particuli-

IN DIE ASCENSIONIS.

pationem hæreditatis Dei in Christo, sed etiam pariter eis
tribuit Dei noticiam, dicens: Scribo uobis patres, quoniam
cognouistis eum qui ab initio est, Scribo uobis pueri, quoni-
am cognouistis patrem. Hæc noticia Dei, quam patribus &
pueris tribuit, certè fides est, quam non efficit ratio, sed Spiritus
sanctus, effusus tum in patres, tum in illos pueros, super
quos nomen Dei inuocatum est, & qui in Baptismo Deo cō-
secrati sunt. Hos pueros propriam habere fidem, qua appre-
hendunt Dei promissiones, & iustificantur coram Deo, D.
Ioannes manifestius affirmat, quām ut negari possit. Distin-
ctio ætatis, qua D. Ioannes discernit filios, alios patres, alios
adolescētes, alios pueros uocans, manifestē testatur Aposto-
lum loqui de illis pueris, qui non sensibus tantum, sed etiam
ætate pueri sunt, & qui per ætatem nondum uti possunt ra-
tionis iudicio.

Hoc ipso ætatis discriminē ostenditur fidem non es-
se opus rationis, sed donum Spiritus sancti, nec hæc effici na-
turalibus uiribus humanæ mentis, sed è supernis à Deo do-
nari. Ratio tantum potest iudicare de ijs, quæ sensibus percipi-
piuntur, fides est hypostasis eorum quæ sperantur, & ex-
istere eorum quæ non uidentur. Hebræ. ii. Absentia & laten-
tia sensibus non percipiuntur, ideo ratio de his nec iudicare,
nec fidem his excitare potest. Spiritus sancti uirtus in homi-
ne non est subiecta organorum imbecillitatí, ut animæ poté-
ntia sunt. Ob id Spiritus Dei & quæ benè potest operari & fi-
dem excitare in pueris atq; in adultis, nec est illi necesse ex-
peditare, donec per sensus informetur anima, & ratio usu &
experiencia instruatur atq; adaptetur ad magnarum rerum
iudicia.

Dominus Ioannis tertio dicens introire in regnum Dei
natos ex aqua & Spiritu, disertè affirmat eos renasci, & con-

EVANGELIVM

sortes fieri regni Dei, qui iuxta Iesu Christi præceptum baptizantur. Huius renascentie cùm præcipua pars sit fides, & absq; hac regnum Dei accipi nequeat, manifestum est, in personis baptizatis sanctificationem inchoari, & fidem excitari, propter quam in regnum Dei introeunt, & promissæ salutis consortes fiunt.

Iesus Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum pro ea tradidit, ut illam sanctificaret mundaram lauacro aquæ per uerbum, Ephes. 5. Pueri baptizati sunt Ecclesiæ membra. Non est ergo dubium, quin Christus etiam illis redemptionis sit premium, eosq; per lauacrum aquæ mundatos sanctificabit, et Spiritus Christi in eis efficax sit, ac carnem eorum ab innotesciis uitij & tenebris repurget, hoc est, excitet in eis Deinotiam, & immutet depravatam naturam.

Pueri cùm de Ecclesia sint, necesse est, ut cum reliqua Ecclesia omnia communia habeant. Absq; fide nulla est Christi Ecclesia, nec increduli sunt Ecclesiæ membra. Pueri Christo consecrati sunt de Ecclesia, suntq; uera membra catholice Ecclesie. Non est itaq; dubium, fidē esse in pueris Christo dicatis.

Apostolus Ephes. 4. ait omnes illos qui a scriptis sunt Ecclesiæ Christi, esse unum corpus, & habere unum Spiritum, quemadmodum & uocati sunt in una spe uocatiois & in Ecclesia esse unum dominum, unam fidem, unum baptisma, unum Deum & patrem omnium, qui est super omnia, & per omnia, & in omnibus nobis. Si tota Ecclesia unum Spiritum habet, et unā fidē, siq; pueri sunt pars Ecclesiæ, in confessio est, pueros cum adultis habere unū spiritū & unā fidē, quamuis hec fides nō sit in oībus equalis, & in adultis se magis exerat q; in infantibus, ipsiq; simul corde credat & ore confiteatur, hi uero tātum credat corde, nihilominus tñ una eadēq; fides est in utrisq;. Vnicuique data est gratia iuxta mēsuram donati.

IN DIE ASCENSIONIS.

onis Christi. Mensura doni est diuersa, sed donū idē est. Fides quidem in alijs maior & firmior, in alijs minor & imbecillior est, sed eadem tamen fides est. Hæc fidei dissimilitudo non tollit fidei substantiam. Etsi in adultis maior est fides, quam in infantibus, quamvis etiā in illis fides se fructibus indicet, in his uero occulē quiescat, tamen in utrisque una fides est. Hæc hypostasi non differt, sed qualitate.

Huic doctrinæ opponi solet D. Pauli sententia ad Roma, 10. Fides ex auditu est. Auditus autem per uerbum Dei, qua sententia Anabaptistæ euinci putant, in pueris non esse fidē, quod nequeāt publicas conciones audire & intelligere propter ætatis imbecillitatem. Sed hoc dictum D. Pauli propriè spectat ad Euangelij ministerium, & refertur ad illos, qui saepe conciones audire, intelligere & amplecti possunt. Per uirtutem igitur detorquetur ad infantes, quos Spiritus sanctus nobis occulta illuminat & docet.

Verum esto, quod Apostoli testimonium sine discriminē omnibus hominib⁹ sit accommodādum, omniumq⁹ fidem esse ex auditu, & auditum per uerbum Dei, certa tamen, & firma est hęc doctrina, nō solūm adultos, sed etiam infantes, Christo per Baptismum consecratos posse credere. Non est obscurum, infantes statim postquam in lucem aditi sunt audiē, quia uagientes audita uoce humana placantur. Si humana uox insonās in aures infantum, efficax est in omnibus infantibus, qui Spiritus Dei, & sonus sacrorum uerborum non esset efficax in illis infantibus, super quos inuocatur nomen Domini, qui DEO per uerbum suum consecrantur, & quorum catechesis statim in ipso Baptismo inchoatur. Spiritus sanctus sanè non est impotentior ipsa natura, quæ statim nato puero imbuitur aliqua noticia, operatione, & officio sensuum.

Etiā si nulla indicia intelligentiae extarent in infantibus,
nec ullis signis probari posset, Dei noticiā in infantibus per
auditum uerbi Dei excitari, hoc tamen constat ē præceden-
tibus testimonijs, nos per Baptismū regenerari. Et Psalmus
19. hoc ipsum manifestē testatur, dicens: Legem Domini con-
uertere animas, et testimonia eius *σοφίαν νύμα*. Item Psalmus
119. Declaratio sermonum tuorum illuminat & intellectum
dat *νόητοις*. Simplices ac rudes non solum erudiuntur uerbo
Dei, sed etiam infantes. In his excitatur uerbo Dei ab incuna-
bulis noticia, quae est fidei initium. Quād feliciter in uerbo
Dei continua & diligentē catechesi infantes erudiantur, &
quod Spiritus sanctus eos suo afflatu doceat, uidere est in il-
lis pueris, qui uix tres aut quatuor annos nati noticia iustifi-
cationis multos senes, multosq; in Papismo Episcopos, Car-
dinales & Pontifices uincunt.

Ioel 2. iubet pueros & fugentes ubera colligi, atq; ad pu-
blicam deprecationem adduci. Nisi in infantibus Deo conse-
cratis, & super quos Dei nomen inuocatum est, pietatis ali-
quid eset, propter quam Deo accepti sunt, & nisi pueri ge-
mitu aliquo Spiritus apud Deum interpellarent, haudquaq;
ubera fugentes ad publicas supplicationes fuissent congre-
gati. Non enim arbitrandum est, Prophetam tam stolidum
fuisse, ut frustrā iusserit infantes colligi, & ad preces adduci,
quos scire neq; orare, neq; à Deo exaudiri. Negari non po-
test, aliquam fidei lucē in infantibus esse, cūm eis tribuatur
inuocatio, quae fidei fructus est.

D. Paulus Roman. 8. non ueretur omni creaturæ seruitu-
ti corruptionis subiectæ, spirituales motus & inclinationes
tribuere, dicens eam sollicita expectatione expectare, ut re-
ueletur gloria filiorum Dei, eamq; congemiscere, & simul
nobiscum parturire. Si Apostolus hos motus tribuere au-
det o-

IN DIE ASCENSIONIS.

det omni creaturæ, cur nos non tribueremus infantibus, re-nouationis lauacro mundatis ac sanctificatis, fidei noticiam, & spirituales motus; maximè cùm è uerbo Dei certò statui posse, eos in Baptismo obsignari Spiritu sancto, qui renouationis author est.

Qui timent pueris tribuere fidem, quod non intelligent, pueros nondum rationis compotes posse credere, potentiam Dei stultè metiuntur à suo intellectu, & iuxta hunc putant etiam manum Domini abbreviari. Nos scimus è Scriptura, Deum suo Spiritu efficacem esse in pueris Christo cōsecratis, ideo etiam non ueremur id pueris tribuere, quod Spiritus sanctus iuxta Dei promissionem operari & efficer solet in membris Ecclesiæ Christi. Pueri sunt membra Ecclesiæ & templum Dei, quod gratiæ suæ donis sanctificat et exornat, ergo tenebrae & naturæ uitia in eis ahalentur.

Qui negant in pueris Christo consecratis spiritualem noticiam & motum esse, si simul comprobant hos impios errores, promissionem Dei pueris esse irritam, eos non esse in Ecclesia, nec esse templum Dei, non esse deum Christum, fidem esse opus rationis, non Spiritus sancti, Baptismum non esse laudem regenerationis & renouationis, aliosque foedos errores his similes, ad quos evitandos statuendum est, infantes propriam fidem habere, eosque hac iustificari & seruari, non aliena, iuxta hanc doctrinam Christi, Qui credit, saluus erit, qui non credit, condemnabitur.

Cæterum cùm omnis salus in uno ac solo Iesu Christo sit posita, cumque Christus Ecclesiæ suæ tantum sit saluator, & extra Ecclesiam Christi nulla sit salus, & ad Ecclesiam Christi, in qua salus est, ostium sit Baptismus, quo omnes coetui Sanctorum ascribuntur, & Christo inseruntur, solet agitari quæstio, an Salus in Christo promissa & exhibita contin-

gat Christianorum infantibus, qui ab ^{scilicet} Baptismo moriuntur, quo ceu per ostium in Ecclesiam immittimur & recipimus. Hæc quæstio sic est explicanda, ne quid Baptismo detrahatur, & ne salutis spes eripiatur illis, quorum liberè uitata discedunt, priusquam baptizantur.

AVGVSTINI SENTENTIA.

de infantibus non baptizatis.

D. Augustinus de hac quæstione in libro de Origine animæ ad Hieronymum sic iudicat: Quisquis dixerit, quod in Christo etiam uiuiscabuntur paruuli, qui sine Sacramentie ius participatione de uita exeunt, hic profectò & contra Apostoli prædicationem uenit, & totam condemnat Ecclesiā, ubi propterea cum baptizandis paruulis festinatur & currit, quia sine dubio creditur aliter eos in Christo omnino uiuiscari non posse. Hæc ille.

Augustini sententia & aliorum qui sic loquuntur, opponenda est cōtemptoribus ac neglectoribus Baptismi, qui aut Baptismum paruisfaciunt, aut qui putant homines posse servari absq; Baptismo, non ijs qui absq; sua culpa prepropera morte Baptismo priuantur.

Permitto hac de re suum cuique iudicium, mihi uero pro batur hæc sententia, damnari tum pueros tum adultos, qui baptismo ex contemptu & prauia aliqua opinione omisso, moriuntur, non quod absq; baptismo moriantur, sed quod patrum Dei irritum reddant, ordinationem eius contemnant, & Dei promissionem gratiamq; in baptismo Ecclesia propositam & consignatam nihil faciant. Quis inuitu infantes consulto mori absq; baptismo, impij sunt, diuinæ ordinatio- nis & institutionis Iesu Christi contemptores, corumq; oratio, si quam pro infantibus suis faciūt, Deo abominabilis est, nec exauditur, nec liberi eorum à Deo recipiūt, quod Dōminus

IN DIE ASCENSIONIS.

minus hos uelit baptismo sibi consecrari & Ecclesiae sua scribi, ipsiç absq; fide & contra Dei ordinationem orēt. Do minus piorum, & eorum seminis Deus, siue in Deum est, nec imp̄is, nec eorum liberis in Deum est, quod pactum ipsius irritum fecerunt, ideo non possunt non manere in peccato, & morte æterna peccati stipendio eorum liberi unā cum iplis. Infantes propter originis uitium æternæ condemnatio-
nis rei, in seipsis non habent quo seruentur, & quo salutem in Christo oblatam, quæ per baptismum offertur & consigna-
tur, consequantur. Nihil ipsis itaq; aliud reliquum est, quam ut in originali sua culpa moriantur & pereant, qui baptismum, respūnt, quo consortes diuinarum promissionum fierent. Sed aliter iudicandum est de infantibus fidelium, quos præ-
properæ mortis necessitas baptismi Sacramento priuat, ali-
ter de impiorum infantibus, qui nō ineuitabili mortis neces-
itate, sed suorum impietate baptismo spoliantur.

CREDENTIVM INFANTES ABS' QVE

Baptismo mortuos non damnari.

Credentium infantes absq; baptismo mortuos uel in ute-
ro materno, uel recens natos, non perire in originali sua cul-
pa, sed Dei misericordia seruari statuo, tum propter piorum
parentum fidem & preces, tum propter Dei promissionem,
qua Dominus non solum Abrahamo, sed omnibus etiam fi-
delibus parentibus suum pactum seruantibus recepit se fo-
re illis in Deum, & semini eorum. Genesis 17. Si Dominus pi-
orum liberos non baptizatos condemnaret, non esset ipso-
rum Deus. Verum cùm dicat se ipsorum Deum fore, hoc i-
psorum aeternam uitam ac salutem ei promittit. Pereuntibus sa-
ne Dominus in Deum non est. Sed Dominus p̄is & piorum
semini in Deum est, ideo impossibile est, ut sinat eos in sua o-
riginali culpa perire.

EVANGELIUM

D.Petrus Actorum 2. ait promissionem salutis factam est
se omnibus uocatis, eamque pertinere ad eorum filios dicens:
Vobis enim facta est re promissio et filii vestris, et omnibus
qui longe sunt, quoscunq; aduocauerit Dominus Deus no-
ster. Cum constet illos pueros, qui aut in materno utero a-
pud matrem, aut in partu, aut statim post partum sine bapti-
simo moriuntur, non minus parentum priorum semen seu fili-
os esse, quam illi sunt, qui per baptismum Christo consecran-
tur, & Ecclesie eius ascribuntur, non arbitror dubitandum
esse, Dei promissionem tam ad illos, quam ad hos peraque
pertinere.

Fortassis, inquires, Dei promissionem quidem sine discri-
mine pertinere ad omnes liberos fidelium, sed eam tantum
apprehendi ab ihs, qui baptismi consortes sunt. Ad hoc respon-
deo, ipsis infantibus imputari non posse, quod non baptizan-
tur. Tum ipso, tum parentes eorum omni culpa uacant. Ne
tros conuenit dare poenas illius, cuius non sunt rei, & quod
humana opera ac studio caueri non potuit. Dominus anima
Hebraeorum masculorum, qui non circuncidebantur octa-
uo die, iussit de populo suo deleri, propter inobedientiam, q;
pactum Dei irritum faciebat. Causa abiectionis non fuit mors
praeuortens octauum diem, sed ipsa inobedientia, non damna-
uit eos, qui ineuitabili necessitate ante octauum diem priua-
bantur circumcisione, quod non subiaceret proposito peine,
hoc est, quod Dei pactum non facerent irritum. Diuinipar-
eti contemptus tam puniebatur exterminij & mortis poe-
na. Ut Hebraorum pueri, qui non fecerunt Dei pactum irri-
tum, abieci & damnati non sunt, ita neque nunc damnantur
Christianorum infantes, quibus necessitas, non paratum per-
uersitas Baptismi suscipiendi facultatem adimit. Illi damnan-
tur tantum, illisque Dei promissio subtrahitur tam, qui Dei
pactum

IN DİE ASCENSIONIS.

pactum irritum faciunt, qui Baptismum uel contemnunt, uel
impie differentes, eo priuantur. Licet infantes non sint rei u
olati foederis, sed parentes, tamen quando in filijs parentum
peccata puniuntur, infantes à Deo in sua originali culpa reli
cti, cum suis parentibus, diuinæ ordinationis contemptori
bus, iusto Dei iudicio pereunt non renati. Perditionis huius
autem Dominus non est causa, sed propria originalis culpa.

Hęc mea est sententia de pueris piorum parentum, quos
mortis necessitas, non impia superstitione, nec sacrilega impro
bitas Baptismo spoliat. Non probo illorum' opinionem, qui
consent omnes pueros nō baptizatos damnari, nec puto ue
teres Theologos in ea sententia fuisse, sicut suprà attigi, quod
hęc doctrina multas absurditates habeat, ualde crudelis, &
prorsus aliena sit à iusticia & misericordia Dei, repugnetq
suprà citatis Scripturæ testimonij.

Apostolus ait filios ex pijs parentibus natos sanctos esse,
eosq Deo placere, uel etiam propter alterius parentis pieta
tem. Corinthiorum 1. apertum ergò est, nullos piorum pa
rentum infantes à Deo abiisci, nisi uiolatione foederis sui eos
pollutos, prophanos, & odiosos Deo reddiderint.

Vt certum est, Hebræas puellas nūquam circuncisas, nō
perijse, sed seruatas esse unā cum circuncisis masculis, quod
uiolati foederis Dei non fuerint rex: Ita etiam indubitatum
est, piorum parentum liberos, super quos Dei nomen inuo
catur, siue pro quibus fideles preces funduntur, seruari, eti
am si baptizati non sint, quod foedus Dei nō fecerint irritum,
nec se indignos reddiderint promissionis Dei, quam uel cir
cuncisioni, uel Baptismo sui foederis sigillo, adiecit. Vtrisque
piorum parentum infantibus, in ueteri & nouo Testamen
to eadem promissio, eademq causa salutis est. Vt neutrifaci
unt Dei foedus irritū, cuius uiolatio est causa mortis, ita neu
trifacient.

L

EVANGELIVM

tris politantur hac diuina promissione, Ego Deus tuus & seminiſ tui, &c. Vbi Dei foedus hominum culpa non redditur irritum, ibi hec promissio Dei, Ego Deus tuus et seminiſ tui, ſemper integra et firma manet. In pueris piorum parentum, qui neceſſitate aliqua ante Baptifum moriuntur, Dei fœdus non redditur irritum, ideo non est dubium, quin Deus etiam illis pueris in Deum sit, eosque cōsortes faciat ſuę gratię & promiſſionis, cuius parentes eorum ſunt participes.

Hoc eſt meum iudicium de infantibus uerè Christianorū absque baptismo morientibus. Si quod firmius, foliūt ac certius ē Scriptura oſtentum fuerit, libenter meo iudicio cedam, ſemperque meliora & firmiora cum gratitudine ſumma amplectar. Arbitror autem hanc doctrinam Ecclefia propoſendam eſſe, ut pijs parentes ſe hac ſolentur de infantium fuorū morte, qui abſque baptismo ex hac uita diſcedunt. In humana profecto illorū eſt opinio, qui putant ſine diſcrimine omnes infantes absque baptismo morientes damnari, quod pijs parentibus immaturam ſuorum infantium mortem lugētibus hac opinione omnis ſpes eripiatur de ſuorum infantium ſalute. Cū Euangelium & Christum, & Deum Patrē nobis clementiorem depingat, quam hec Stoica opinio cum facit, non immerito ab ea abhorreto mihi uidentur, qui aliter ſentiant & docent.

Sunt tamen aliquot diſſicilia argumenta, & ſpecioſa rationes, quae huic meo iudicio opponuntur. Verūt cū noſtrā ſententiā nitatur Scripturā authoritatē & rationib⁹ (ut mea fert opinio) ſolidis, non arbitror eam abſciendam & damnādam eſſe. Ne tamen infirmiores conſientia obiectionibus contrarijs inuoluantur, reiisque perplexitate perturbentur, fortassis opera preciū erit hīc ſubiçere breues reſponſiones, ad illa que obiçti poſſunt, & que uidetur aliqūd habere pon-

IN DIE ASCENSIONIS.

deris in hac materia diffīcili & intricata. Quare ordine respō
debo ad ea quāe opponi solent.

Primum Argumentum.

Absque uerbo Dei, quo nobis tantūm patefacta sunt Dei iudicia, & manifestatus est salutatiōis nostrē modus, & quod nostrae fidei ac spei limes est, nūhil nec statui neque doceri debet, aut si quid statuitur & docetur, id pro futili, inani, & dubia opinione habēdum erit, qua nulla certitudo humanis antīnis inseri possit. Infantes absque baptismo morientes saluos fieri, sine uerbo Dei, imo cōtra uerbum Dei affirmatur. Nūquam enim infantes absque baptismo morientes seruari Scriptura docet, imo disertè docet Ioannis 3, eos non posse introire in regnum Dei, qui non fuerint renati ex aqua et Sp̄itu. Et cūm constet, pueros sine baptismo diem obeuntes nō renasci ex aqua & Sp̄itu, in confessō est, eos saluos fieri nō posse.

Responsio.

Nostra iudicia subiecta sunt uerbo Dei, ideo oportet ut ea uerbo Dei attemperemus in omnibus fidei mysterijs. Nō sumus Scripturæ magistri ac domini, sed interpretes & servi. Non licet nobis huic quicquam adimere aut addere & afigere, sed absque iudicio assētiri & subscribere ei debemus. Omnipotentiæ Dei consilia & iudicia nobis incognita sunt. Quantum de his per Scripturam est patefactum, tantum sci mus & iudicamus. Cætera omnia ignoramus. Nihil ergo absque Scripturæ testimonio de ijs statui ac iudicari debet, quę sub occultum Dei iudicium cadunt, de quorum numero illa mors est, qua aut foetus in utero matris, aut infantes anteque baptizari possunt, extinguntur.

Infantes absque nostra culpa ante quām baptizentur, morientes seruari, absque suffragatione sacrae Scripturæ nec statui

EVANGELIVM

tur, nec affirmatur, quia Deus liberos propter parētum pie-
tatem amat, & eis in Deum est, ac sanctos iudicat, sicut supra
ostensum est.

Testimonio Christi Ioann. 3. salutis spem præscindi omni-
bus infantibus, etiam illis, super quos nomen Domini inuo-
catum est, qui Deo pijs precibus commendati sunt, quicq; fi-
deles et pios parentes habent, mihi non sit uerisimile, nec pu-
to id certò elici posse ex eo loco, imò censeo uerbis Christi af-
singi duram & seueram istam damnationis sententiam, quam
ferunt aduersus infantes absq; baptismo sine ulla hominum
culpa morientes.

In colloquio enim Iesu & Nicodemi considerandæ sunt
hæ circunstantiæ, cum quo, quando, & de quibus Iesus cum
Nicodemo disserat. His obseruatis res ipsa testabitur, Iesu
Christo ne quidem unquam in mentem uenisse, infantes pio-
rum, ineuitabiliter sine baptismo moriētes, condemnari. De-
natis & uiuentibus, qui iterum in uetrem matris introire, &
secundò nasci nequeunt, Christus cum Nicodemo loquitur.
Ne uerbo quidem attingit DE Iudicium de infantibus per
mortem baptismo priuatis. Ad eos Christi sermo tantum ap-
plicari potest, qui uiuunt, & Christo in baptismo consecrati
possunt. Ad infantes mortuos, qui citra nostram culpari mori-
te præuenti sunt ante baptismum, coactè torquetur. Christi
testimonio illis tantum amputatur salutis spes, qui baptismū
respuunt & absq; eo moriuntur sua culpa. Tales enim Del-
pectum irritum reddunt, & sinunt infantes in originali pec-
cato mori.

Præterea Iudæus fuit, cum quo Iesus loquebatur, qui in
Mosaica religionis obseruantia salutem ponebat. Hanc op-
tionem ut Christus refutet, docet aliam salutis viam ingre-
diendam esse, quam Moses ostendit. Opus esse renovatione
ueteris

IN DIE ASCENSIONIS.

veteris naturæ, obseruationibus Mosaici cultus non aperiri
uiam ad regnum Dei. Christus Euangelijs ministerium iam
inchoatum Nicodemo commendat, & de abrogatione Le-
gis eum admonet, affirmans nunc porro nihil valere Mosai-
cos cultus, sed solo uerbo, Sacramentis, & Spiritu salute in-
fici diuinitus. Hac doctrina certè nō eripitur salus piorum
parentum infantibus, qui necessitate absq; ipsorum culpa p-
ropera morte tolluntur, sed illis, qui Sacramentum Bapti-
smi aut impie omnino contemnunt, aut priuis opinionibus
corrupti paruifaciunt, aut uel socordia & incuria, uel qua-
stus gratia differunt ac negligunt. Tales nulla necessitas ex-
cusat, quia ultrò Deifœdus in Christo sanctum uel paruipē-
dentes, uel omnino contemnentes, salutem suorum libero-
rum produnt.

Cum nec hoc testimonium Scripture, nec ulla alia salutis
spem eripiant illis infantibus, qui absq; nostra culpa fataline
cessitate absq; Baptismo moriuntur, manifestum est illis ne-
que absq; neq; contra Scripturæ testimonium salutem pro-
mitti, sed auferri. Quia Christus eam ipsis non eripit, nam lo-
quitur de ijs, qui Sacramentorum Christi participes fieri pos-
sunt, non de illis, qui necessitate absq; nostra culpa baptismo
priuantur. Hæc ad primam Obiectionem.

Allegatur etiam pro illa opinione veteris Ecclesiæ cōsen-
sus. Sed quomodo veteris Ecclesiæ sententia accipienda sit,
antè dixi. Nisi quis veterum Scriptorum sententias de hac
materia nimium rigide uelit interpretari, & ad suæ opiniōis
defensionem coacte detorquere, haud pugnabunt aduersus
hoc iudicium. Veteres enim hoc solummodo propugnant,
ad salutē opus esse baptismo. Id ipsum & nos docemus. Do-
ctrina itaq; conuenimus, & in eundem sensum collimamus.
Pro Euangelijs ministerio ipsi pugnant. Hoc facimus & nos.

E V A N G E L I V M.

Piorum infantes, qui absq; baptismo morientes non pertingunt ad ministerij Christi cōsortium, quidam cōmittunt incerto iudicio Domini, non damnant. Nec nos eos damnamus, sed certioris iudicij sententiam de eorum salute è Scriptura sacra adducimus, ut afflictas conscientias consolemur super morte suorum infantium, qui mortis præventione baptismo spoliati sunt. Et cùm Scriptura huic doctrinæ magis faueat & patrocinetur, non dubium est eam semper habuisse Ecclesiæ consensum.

Vt Scholastici Doctores illorum opinionem mitiget, qui statuunt omnes pueros absq; baptismo morientes damnari, aiunt eos à uisione ac fruitione coelestium exclusos, poenam priuationis & damni dare, non sensus. Discrimen poenæ ex cogitant propter peccati inæqualitatem, cùm pueri nulla delicta commiserint, tantumq; damnentur propter uitium originis, statuunt eos nullis tormentis affici. An uero id satis certum sit, h̄c nolo excutere. Omnes infantes autem absq; baptismo morientes ijsdem poenis affici, & piorum parentum liberos, super quibus inuocatū est nomen Domini, conferri infantibus gentium, Turcarum, Iudeorum, et aliorum impiorum hominum, quos odio habet Deus, non fit mihi uerisimile, quod Dominus illis in Deū sit, illosq; sanctos iudicet, & quod piorum fide & oratione eorum salus Deo commenda sit. Scriptura inter piorum & impiorum infantes discrimen facit. Hoc est nobis ad nostri consolationem firmiter retinendum, nec est sentiendum piorum infantes, super quibus inuocatum est nomen Domini, ijsdem inuolui poenis unā cū impiissimorum liberis, super quibus Domini nomen nunq; inuocatum est.

Secundum argumentum.

Preces absq; fide factæ inanes sunt, Deus eas non exaudit, &

IN DIE ASCENSIONIS.

dū, & quæ contra uerbum Dei fiunt, temerariæ, stultæ, & impiæ sunt. Preces quæ pro illis infantibus fiunt, qui absque Baptismo moriuntur, non fiunt ex fide, quia absq; fiducia pmissionis diuina fiunt. Nulla enim promissio salutis eiusmo di pueris dicta est, imò contra fidem fiunt. Nam contra ordinationem Dei fiunt, qui ex aqua & Spíritu natis tantum facit potestatem introeundi in regnum Dei. Certum itaq; est, preces pro istis pueris factas, qui uel in utero matris, uel in partu, uel post partum absq; Baptismo moriuntur, stultas, temerarias, irritas & plane impias esse.

Responso.

Minor propositio falsa est. Preces quæ fiunt pro pueris, aut adhuc in utero matris, aut in ipso partu, aut paulò post partum sub obstetricum manibus absq; baptismō moriuntur, nec absq; fide, nec contra uerbum Dei fieri apertissimū est. Contra uerbum & ordinationem Dei non fiūt, quia Deus nusq; in Scripturis eiusmodi pueros damnat. Cùm uero eos non damnet, Ecclesiæ relinquit spem de ipsorum salute. Vbi uero salutis spes relinquitur, preces non modo pio animo & ex fide fieri possunt, sed ut fiant, Deus etiam exigit, dū iubet se inuocari in omnibus nostris afflictionibus. Neq; fiūt absq; fide, quia nituntur Dei promissione, qua confirmat pī is parentibus, quod & ipsorum, & seminis eorum Deus es se uelit, sicut supra copiose dictum est.

Cùm precibus priorum non solū corporalia & temporalia, sed etiā spiritualia & coelestia salutis beneficia imperiuntur, non est dubitandum, remissionem originalis uitij et renouationem, quæ Spíritu Dei è supernis efficitur, illis pueris oratione impetrari, super quos nomen Domini in necessitate inuocatur, & qui necessitate, non humana uolūtate baptismo priuantur, easq; preces eis loco Baptismi else. Nec

EVANGELIVM

est contra ordinationem Euāgelici ministerij (quod tantum
pro illis institutum est, qui eius consortes fieri possunt) salu-
tem infantibus à Deo petere. Pro illis frustrà orari non dubi-
to, qui uoluntarie se & suos indignos reddūt gratiæ promis-
sæ, & in Baptismo propositæ, violatione foederis Dei & ino-
bedientia, quòd tales preces pugnant contra Dei uerbum et
ordinationem, fiantq; absque fide, quia ab impijs Ordinatio-
nis Christi contemptoribus fiunt, & quidē pro illis, qui aper-
to uerbi Dei testimonio adiudicantur eterne damnationi. A-
liter autem iudicandum erit de illis infantibus, qui à Deo nō
damnantur expresso uerbo, & in quibus foedus Deinon est
irritum factum inobedientia.

Tertium argumentum.

Dei ordinatio est, ut fides in nobis excitetur, salus exhibe-
atur & ob signetur per uerbum & Sacramēta, tanquam per
organa à Domino peculiariter delecta ad hanc salutis ceco-
nomiam. Neq; Deus uult ullis alijs modis salutis beneficia
Ecclesiæ impartiri. Infantes absq; uerbo & baptismo morien-
tes salutis organis carēt. Ergo salutis capaces fieri nō possūt.

Responsio.

Verum est, uerbi & Sacramentorum administrationem
ad salutem suæ Ecclesiæ institutam esse à Deo, nec est dubium
omnes illos perire aeterna morte, qui hanc Dei ordinatioem
contemnunt, seq; putant absq; uerbo Dei et Sacramentis iu-
stificari & seruari posse. Sed pueros qui huic ordinationi
subiisci nequeunt, quos etiam non arbitramur hac obligari,
qui contra hanc non peccant, et qui uiolati foederis non sunt
rei, à misericordia Del (cuius cælum, terra, & omnia plena
sunt) omnino excludi, priorumq; preces irritas reddi propter
privationem baptismi, necessitate impediti, nec probatum,
nec concessum est. Deum propter interpellantium fidem et
oratio-

IN DIE A S C E N S I O N I E

orationem in infantibus suo Spiritu non operari, nec eis con-
donare originalem culpam, id propter Christum, in cuius
nomine ipsi renouatio, peccati remissio, & salus petuntur,
non est verisimile, quod piae preces tantum ualeant apud De-
um, habeantque exauditionis apertas promissiones, & ex fide
siant, ut dictum est.

Sicut pueri absq; circuncisione morientes ante octauum
diem, non erant rei uiolati foederis, ita neque rei sunt omissæ
ordinationis Dei illi infantes, qui non humana uoluntate, sed
ineustabili necessitate baptismo privantur. Et ut illi infantes
qui absq; circuncisione ante octauum diem moriebantur, non
tenebantur illa sententia, qua post octauum diem incircunci-
si morientes damnabantur, ita ordinationis diuinæ authori-
tate non sunt nunc premediti nostri infantes, qui ei subiici non
possunt, quibus & facultas ea utendi per mortem adimitur.
His inuocatio nominis Dei loco baptismi erit, sicut illis loco
circuncisionis fuit. Maior propositio in eos torqueret ne quir,
quos necessitas ab obseruatiōe diuinæ ordinatiōis absoluit.

Quartum argumentum.

In Ecclesia Christi tantum salus est, illiçq; tantum promissi-
onis Dei in Christo propositę consortes fiunt, qui Christo in-
corporati et in gremium Ecclesie recepti sunt. Baptismus au-
tem est ad Ecclesiam ostium. Hoc ipso ascribimur Ecclesiae
& Christum induimus, sumusq; participes gratia & iusticie
ipsius. Non baptizati, quia nec in Ecclesia, nec Christi mem-
bra sunt. Ergo non baptizatis uel infantibus uel adultis nul-
la salus est, nullaq; spes misericordiae in Christo promissa.

Responso.

Hæc de ministerio Christi, quo Dominus salutem in Ec-
clesia operatur, tanquam sua certa ratione & administratio-
ne recte dicuntur, & ad illos uerè accommodantur, qui ordi-

nationi ac ministerio diuinitus instituto subiecti possunt, ut antea dictum est. Sed ordinatione ad promouendam salutem instituta, salutis spem praecidi ijs, quos mors ipsa impedit, nec cum Ecclesia Sacramento Baptismi participant, non uidetur simile esse uero. Nam ordinationis ac ministerij Christi finis est seruare, non perdere, proprietas ad illos pertinet, qui eo possunt astringi. Tales autem non sunt infantes, quos in uitabili mortis necessitate baptismu spoliat, & diuinę ordinationis communicatione primit. Ideo argumentum male accommodatur ad eos, qui Dei ordinatione non obstringuntur.

Dominus piorum parentum liberis in Deum est. Non est ergo dubium, eos infantes Dei bonitate, modo nobis occulto ascribi Ecclesiae, & annumerari membris Christi, qui ex pīs parentibus nati sunt, super quos inuocatum est nomen Dei, & qui pīs precibus Deo oblati & consecrati sunt. Ordinatio nānqā Dei, et Sacramentorum œconomia instituta est, ut in peccatis nati infantes liberentur à peccato, et morte, nō ut dammentur, qui necessitate mortis à baptismu arcentur. Sacramēta salutis organa sunt, non perditionis. Qui his aut in dignè utitur, aut ea contemnit, reus fit mortis propter suā impietatem. Mortis causa est impietas, non Sacramentum.

Dominus suo uerbo & Sacramentis promissione coniungens salutis cam uirtutem, & per hēc spem faciens sue Ecclesiae de regno Dei, & incredulos, uerbi & Sacramentorū temptores à regno Dei excludens, hac reuelata sua uoluntatis ordinatione non uoluit in eas angustias cogisitam misericordiam ac potentiam, nec ita astringi Spiritus sancti uirtutem, ut absc̄p̄ hiū salutiferi ministerij organis planè nullam salutem operari uelit ac possit, etiam in illis infantibus, super quibus inuocatum est Domini nomen, & qui nulla hominū culpa, sed sola mortis necessitate impediti sunt à baptismo.

Hoc sa-

IN DIE ASCENSIONIS.

Hoc sanè esset nimium coartare diuinī numinis virtutem & voluntatem, maximè cùm Dominus ministerio Euangelico nobis modum adipiscendæ salutis ostēderit, non præfixerit suæ potentiae & uoluntati metam. Euangelij ministerio nobis præformauit formam saluationis, non posuit suæ potentiae & misericordiæ fines. Vult præscripta forma salutem anumerum querere, non uult suam manum ea astringi & abbreviari.

Quintum argumentum.

Qui eodem naturæ uitio laborant, & eidem maledictionis obnoxij sunt, pari poena plectendi sunt. Piorum infantes per baptismum ab originali labe non repurgati cum impiissimo rum hominum infantibus, non baptizatis eodem naturæ uitio laborant, eiusdem culpæ rei, eidemq; maledictioni obnoxij sunt. Pari poena itaq; plectuntur, & in eadem maledictione, quæ originalis peccati poena est, unā manent & pereunt omnes infantes.

Respondeo. Natura nullum facit discriminem inter infantes piorum & impiorum, sed Scriptura, & rei circumstantia maximum facit discriminem inter utroscq;. Natura eiusdem mortis & maledictionis rei sunt omnes infantes, & quotquot nō abluuntur lauacro regenerationis, si modò uiuant, & baptimus eis conferri possit, in maledictione & morte (quæ originalis peccati poena est) manent, quia sunt uiolati foederis rei, & moriuntur in originali suo uitio, quo omnes filii iræ & mortis nascimur.

Piorum infantes, quibus præpropera mors baptismi beneficium intercipit, non sunt æquiparandi impiorum infantes non baptizatis, quod hi Deum non habeant, illi habeat, nomenq; Dei super eos inuocatum sit, non super impiorum filios, quodq; piorum filij parentum totiusq; Ecclesiæ fide et

EVANGELIUM

precibus Deo oblati & cōsecreti sint, quod impiorum infantes non sunt. Cūm hoc modo piorum infantes Deo oblati & cōsecreti sint, non dubito renouationem veteris nature, peccatorum remissiōem, et uitam eternam eis impetrari, eamque baptismi loco esse, quod preces pro infantibus ex fide factae exaudiuntur propter promissionem, & quod mortui infantes non sint rei uiolati foederis, nec teneantur obedientia ordinationis Dei, quūm ei subiici non possint, & quod Sacra-menta ac ordinationes Iesu Christi illis, quise incredulitate, & inobedientia non reddit eis indignos, non sint mortis, sed uitae & salutis organa.

Sextum argumentum.

Deus illos infantes occidit, qui ante susceptionem baptismi moriuntur, ne baptizentur & salvi fiant. Si uellet eos servari, posset eorum uitam prorogare, donec baptizarentur. Hoc quia non facit, sui occulti iudicij exēplis testatur, hos infantes uelle damnari. Cūm autem Deus arcana sua uoluntatis iudicia declarat et infantium mortibus, ipseque quosdam ante baptismum uelit mori, ne salvi fiant, non conuenit pugnare contra Domini iudicium, et contra iudicij eius aperta testimonia, atque illis, qui dolent suorum infantium non baptizatorum mortem, de illis infantibus spem facere eternę salutis & uitæ.

Responsio.

Audacius quam uerius dicitur, Infantes occidi a Deo, antequam baptizentur, ne salvi fiant. Imo cūm manifestum sit, Deum uelle omnes homines saluos fieri, & ad ueritatis agnationem uenire, nec delectetur ullius damnatioē, impium est dicere, a Deo infantes necari, antequam baptizentur, ne salvi fiant. At cūm non obscurum sit Deum deploratae impietas homines, & in Sp̄itum sanctum blasphemos tantum ocare

IN DIT A S C E N S I O N I S.

cecare & indurare, ne conuertatur & salvi fiant, cumq; hęc ultio non sit pœna uitij originis, nec liberi portent iniquitatę parentum, nisi se simili impietate alligauerint. Ezec. 18. absurdum est dicere, propter parentum peccata infantes originis uitio tantum obnoxios ante baptismum occidi, ne baptismō regenerati salvi fiant.

Ad hęc, nec quālibet, nec cuiuslibet immatura mors est peccati poena, ideo pro certo affirmari non potest, præmatu ram mortem infantium, pœnam peccati else diuinitus inflam. Iudicia Dei sunt abyſsus multa, & inscrutabilia. Nemo potest de illis certas rationes assignare. Sæpiuscule nostro bono Deus multa exempla suorum iudiciorum ædit. Et quę nos putamus esse significationes diuinæ iræ & ultiōnis, non raro sunt operationes diuinæ bonitatis & clementiæ.

Sed esto infantium mortes pœnas esse, quibus Deus in libris vindicat parentum delicta, tamen infantibus eiusmodi morte unā cum vita æternam salutē eripi, apertus error est, quod Scriptura doceat, etiam in illis corporalibus pœnis peccata puniri in illis qui salvi sunt. Deus Aaronis & Mose diffidat in deserto, salutem tamen non eripuit eis. Non est itaque statuendum, illis etiam æternam uitam eripi, quibus hęc uitia eripitur.

Filij, ut dictum est, non portant iniquitatem patrum, neq; patres filiorum. Quemq; condemnat sua culpa, non aliena. Ezech. 18. Malè ergo asseritur, Deum in infantium morte, qui ante baptismum inter Christianos moriuntur, tamq; aperto signo iusti sui iudicij, testari tales infantes à se condemnatos, & abiectos esse, uel propter suę naturę uitiositatem, uel propter parentum peccata.

Cum uero homines natura plus equo securi sint, fortassis

E V A N G E L I U M.

mihi obijcietur, conscientias contra terrores iudiciorum D^ec^t non tam esse consolandas, quam commonefaciendas ac ter-
rendas, ut homines sic discant in rebus omnibus eo cautius
agere, & diligenter sibi à Dei ira cauere. Ad hoc respondeo.
modum seruandum esse in utroq^{ue} doctrinæ genere, & caue-
dum esse, ne quid nimium sit, ne uel terendo, uel consolando
transgrediamur Scripturæ limites, aliter q^{uod} homines uel con-
solemur, uel perterefaciamus, quam oportet.

Hac opinione, omnes infantes è uita sine baptismo disce-
dentes, damnari, p^{ri}o non possunt commonefieri, sed tantum
discruciarí, quod in eorum potestate non sit sicutum, ut uel fo-
tus, uel nascentium puerorum uita conseruetur, id est alia : 2
tione potius, q^{uod} hac de seueritate iusticiae Dei aduersus pecca-
ta, admonendi sunt. Et si in altero continget aberrare, sati-
us est apud afflitos & pauefactos, lenitate delinquere, q^{uod} in-
clemencia & seueritate. Non enim est æquum afflito scopolos
adigere, & fluctuantem ad desperationis scopulos

Qui hactenus improbarunt hanc doctrinam, piorum in-
fantes absq^{ue} baptismo morientes Dei bonitate propter Chri-
stum seruari, tribus ratiōibus præcipue moti sunt, primū,
quod uisa sit ipsis aduersari canonicae Scripturæ. Deinde, q^{uod}
Deus æditis exemplis diuersum testificari videatur. Postre-
mò, quod secum trahat multas periculosas & noxias persua-
siones, quales haec sunt, & aliæ his similes, ut si infantes absq^{ue}
baptismo mortui seruari possent, hominibus persuaderet, &
futuruin esse, ut uerbum Dei & Sacra menta uilescerent, &
inutilia iudicarentur, ut peccatum originis nō solùm extenu-
aretur, sed ne quidem pro peccato damnante haberetur, ut
baptismus uel in plures dies & septimanas differretur, uel
etiam in totum omitteretur, studium orādi pro grauidis for-
minis

IN DIE ASCENSIONIS.

minis & ipso fœtu extingueretur, cura custodijendi fœtum
in utero negligetur, in partu obstetrices incōsideratores
& audaciores apud parientes fierent, apud obscuros et pau-
peres obstetricatio negligetur, & pueri nothi, qui clancu-
lum nullis presentibus nascuntur, citius & confidentius tru-
cidarentur, & id genus alia multa.

Ad priores duas rationes respondi, ostendiq; eas non im-
pugnare illorum doctrinam, qui salutis spem faciunt illis in-
fantibus, super quos inuocatum est nomen Domini, & qui
absc⁹ baptism⁹ necessitate ingruētis mortis, non hominum
culpa ē uiuis discedunt, neq; eorum mortem esse iudicium æ-
ternæ condemnationis & abiectionis.

Tertijs ordinis rationes eiusmodi non sunt, ut propter eas
doceatur, spē salutis sine discrimine omnibus illis infantibus
eripi, qui abs⁹ baptism⁹ diem suum obeunt. Doctrina enim
quaे quibusdam infantibus sine baptismo mortuis, spem de-
salute facit, non eleuat originis uitium, quia affirmat omnes
infantes perire in sua originali culpa, nisi baptismo uelineui-
tabili mortis necessitate pijs precibus fidelium ab hoc liberē-
tur, nec dat occasionem asperrandi, differendi, vel omitte-
di baptismum, nec paruipendendi ullam partem externi Euau-
gelici ministerij. Nam asseritur, illis infantibus nullam spem
salutis esse, eosq; in originali sua iniusticia perire, qui homi-
num culpa baptismo priuantur, & quibus fœdus Dei spon-
tē irritum redditur. Hac doctrina pijs tantūm ostēditur spes
de morte suorum infantium, quos non humana impietas, te-
meritas, ambitio, lucrum, incuria & negligētia baptismo pri-
uauit, sed mors ipsa, quam homines impedire non possūt. Et
ne quid permittatur impijs contemptoribus ministerij Chri-
sti, hoc est, uerbi & Sacramētorum, additur etiam illos infan-
tes tantūm seruari, quos ipsa mors ante baptismum abripu-

EVANGELIVM.

it, et super quos ex fide inuocatū est nomen Domini, et quos
sui etiam libentissimè & cum summa gratiarum actiōe, Chri-
sto per baptismum cōsecrassent, si penes se stetisset. Scriptu-
ra de horum infantium salute nobis spem ostendit, ideo eam
retinemus. De alijs nō item, & ob id illis nullam salutem pol-
licemur, monemusq; diligenter, ne differatur infantium ba-
ptismus, sed ut statim recēs natī baptizētur, ne cunctatione
eorum salus infantium periculo exponatur. Hortamur sedu-
lō etiam, ne uel minimum omittatur de ihs, quę Dominus ad
Ecclesię salutem per Euangelium suum instituit & ordina-
uit. Illis solummodo patrocinamur, quos excusat necessitas,
iuuat piorum fides & oratio, et excipit diuinæ bonitatis pro-
missio, non alijs.

Hac doctrina etiam excitatur studium orandi pro grati-
dis mulieribus & foetu eorum, nō obruitur, quia docetur eo
rum puerorum salutem conseruari fide et oratione piorum.
Illorum uero opinio e potius obruitur inuocatio Dei, qui sen-
tient non baptizatis pueris aliorum fidem & orationem ni-
hil prodesse ad salutem, aut si quid prodest, tantum ad hoc
conferre, ut pueri conseruentur usq; ad baptismum regene-
rationis lauacrum.

Ne quid uero in enitendo & obstetricando aut negligen-
tius, aut audacius agatur quam decet, non solū illo metu,
quod pueri non baptizati damnentur, efficiēdum est, sed ob
stetrices, et quae parientibus absunt, potius admonēdæ sunt,
ut sui officiū ita rationem habeant, ne homicidiū rexant, sibi
q; ipsiis sua imperitia, aut audacia, aut negligēria accerfant
diuinam iram & ultionem. Non conuenit opinionibus, ple-
gi & emendari possint apertis & expeditis Scripturæ testi-
monijs, sicut illa possunt, quae hic opponuntur.

Hæc

IN DIE ASCENSIONIS.

Hæc ad illa quæ uidentur opponi posse huic iudicio de sa-
lute illorum infantium, qui necessitate priuantur baptismo,
quæ Scripturæ autoritate mihi magis suffulta esse uidetur,
attuli. Si quis meliora, firmiora et certiora his adduxerit, libe-
ter melioribus iudicij subscrivam. Nō enim recitauim meam
sententiam, ut alijs præiudicarem, sed ut sit quod in nostra Ec-
clesia sequamur, cum super hac re iudicia nostra requiratur.
Quod autem ab illa opinione discessi, quam Papismus vul-
go hactenus habuit, facile mihi condonabunt illi, qui argu-
menta in utrancq; partem agitata cum iudicio expenderint,
& illius rei, de qua controuertitur, magnitudinem consyde-
raverint.

Vicesimæ quartæ.

In fide requiri & esse noticiam & assensum, quo ueritatē
cognoscimus, & ei animo ita assentimur, ut ipsi ueritatis lau-
dem tribuamus, ostenditur Christi reprehensione, qua disce-
pulos arguit, quod non credant ihs, qui ferunt testimonium
de sua resurrectione, & quod uerae & certæ historiæ narrati-
oni consentienti Prophetarum uaticinijs non assentiantur.
Dominus exprobratione ἀπολετος & οὐ ληροκαρπίας etiam in-
dicat, assensum præbere ueritatis testimonio esse fidem, &
ab ea dissentiere, eamq; negare, esse summam incredulitatem.
Hęc noticia, hicq; assensus non est iustificans fides, qua salua-
mur, sed habent sibi adiunctam fiduciam, eaq; propriè iustifi-
cat apprehensione misericordiæ Dei in Christo missæ.

Cū mens absentitur diuinæ ueritati, cor statim etiam fi-
dit testimonio ueritatis, & eo nititur, Alias mortua & inanis
fides est, qualem D. Jacobus etiam Diabolo tribuit. Euange-
lium Christi non complectitur tantum narrationem histori-
cam de Christo, sed continet etiam promissiones Dei de gra-
tia eius nobis in Christo assignata. Hęc pars Euangelij non

N

exigit simplicem noticiam & assenum, quo cognoscantur, approbemus, & ueram iudicemus Euangelij historiam, sed præcipue requirit fiducia, qua apprehendamus Dei promissiones & eis nitamur, contra peccatum, mortem, inferos & omnia illa, quæ terrere, & patorem nobis incutere possunt, & talis fides est, qua baptizati salvificet. Contrarium eius est dissidentia, quæ Christum abiicit, Dei promissionem nihil fit, desperationem parit, & aditum ad æternum damnationis exitium præbet.

Vicesimæquintæ. Vicesimæsextæ.

Dominus incredulos discipulos obiurgat, & erudit, turn uerbis, tum certis argumentis, ut in eis fidem excitet, & confirmet, & cum non obstinatio impia increduli sint, sed ignorantia & imbecillitate, suffert eos, non abiicit, nec damnat, docens nos suo exemplo, quomodo cum fide infirmis & ignorantibus errantibus agendum sit, eosque non damnari, nisi per se uerauerint in sua incredulitate. Hæc uerba Christi: Qui uero non crediderit, condemnabitur, solis incredulis a dimunitione spem salutis. Relipiscentibus semper est spes uenientia & ad ipsos scandentes salutis. Non ergo damnabuntur, qui increduli aliquando fuerunt, sed qui increduli sunt, & in incredulitate manent, hoc est, qui ueritatem Dei aut ignorant, aut patefactæ non probant assensum, aut si assentiuntur & fatentur eam esse Dei ueritatem, tamen in eam nec confidunt, nec eam, ut par est, confitentur.

Christus fluctuantes & uacillantes Apostolos perstringens, eosque incredulitatis arguens, & eorum dubitationem de ihs, quæ de sua resurrectione renunciabantur, incredulitatem & ouληροκαρπίαινοντας, diserte confutat Sophistarum commentum de dubitatione fidei, qui fingunt in uera fide esse dubitationem, eamque magnam esse uitutem, & pugnare contra

IN DIE ASCENSIONIS.

contra carnis arrogantiam. Quām autem vanis sint Sophistæ
et Theologæ, hoc co[m]m̄etum perspicuè declarat, quia fingunt
fidem nostram dignitatem, qua si niteretur, certe non imme-
ritio subdubitaremus de Dei erga nos bencuolentia. At cū
nō nostra dignitate, sed Dei ueritate & promissione nitatur,
qua nihil certius, solidius ac firmius est, scelus est, dubitare
de ueritate Dei, & fidei affingere dubitationem, docere q̄ fi-
dei insit dubitatio, eamq̄ subdubitare de ihs, quæ Deus p[ro]mi-
lit, nihil aliud est, q̄ credendo & affirmando Deum simul mē-
dacijs insimulare, & eius ueritatem negare, quo nihil aut dici
aut cogitari potest audacius, stolidius & amentius.

ASSERTIO SENTENTIA RVM QVINTI LOCI.

Primæ.

Per nomen, seu in nomine Christi fieri miracula, est, per
Christum contingere uirtutem ac donum omnium miracu-
lorum. Ipse ascendit in altum, ut hominibus daret dona, et fa-
cilitatem edendi miracula impertiret, Ephes. 4. Ne humanis
viribus ac meritis miracula tribuantur, Euangelista ait, Apo-
stolos prædicasse, Dominum cooperatum esse, et eorum ser-
monem miraculis confirmasse, Apostolis ascribit ministeri
uerobi, uirtutem autem miraculorum Deo. Ipsi sonat uer-
bum Dei, Deus stabilit et confirmat uerbum miraculis, que
cœlesti & diuina sua uirtute efficit.

Secundæ.

Quæ Euangeliu docentur, posita sunt extra rationis con-
spectum, uidentur q̄ desperata ac impossibilia, que in eo pro-
mittuntur, ideo necesse est, ut miraculis ostendatur, Euâge-
lium esse uerbum omnipotētis Dei, apud quem nullum uer-
bum est impossibile, qui efficere possit, & certò efficiat omne

E V A N G E L I V M

Id quod loquitur & promittit. Ut homo homini promissio-
nem, pactum ac fidem suam confirmat, & certum ratum
facit suo sigillo quod pollicitus est, ita Deus miraculis nobis
confirmat suas promissiones, & certissimis signis occulta suæ
uoluntatis decreta nobis explicat, ut his euicti uerbo ipsius
credamus, & in hac fide infracto animo contra omnia offen-
dicula omnesque calumnias subsistamus.

Tertiæ,

Finis omnium miraculorum est, ut uerbo Dei credatur.
Vbi fides habetur Dei uerbo, ibi miracula porrò nō sunt ne-
cessaria. Etsi una cum miraculis Deus multa & magna be-
neficia exhibet, tamen cum hæc beneficia tecù largiri, & oc-
cultu uirtute efficere possit, & alias in sua Ecclesia semper ef-
ficiat, non tam facit miracula, ut per hæc hominibus benefi-
cia sua conferat, quam ut in eis excitet, efficiat, augeat, et cor-
roboret fidem. Miracula fieri propter incredulos, ut à sua in-
credulitate liberentur, D. Paulus comprobavit. Corinth. 14.
dicens: Donum uariarum linguarum, quod præcipuum est
inter miracula Dei, signi uice esse, non n̄s qui credunt, sed in
credulis. Postquam fides habetur Dei uerbo, miracula quaे
in oculos incurruunt, & sensibus percipiuntur, postea nō sunt
necessaria. Causa propter quam fiunt miracula sublata, mi-
racula in Ecclesia etiam cessant.

Postquam Mosaica doctrina suscepta, & populo Israeliti
eo persuasum fuit, Mosi doctrinam Dei uerbum esse, desine-
bant inter eos miracula, non quod Deus tum non potuerit
facere miracula, sed quod porrò eorum nullus usus esset in-
ter Israelitas, credentes, legem Mosi Dei uerbum esse coelitus
patefactum. Miracula quaे post susceptionem & compre-
hensionem Mosaicæ doctrinæ à Prophetis ædita sunt, non sunt
facta, ut facerent fidem Mosaicæ doctrinæ, sed nouis illis ua-
ticipinij.

IN DIE ASCENSIONIS.

vicinijs, quibus aut prædicebantur futuri aliqui euentus, aut proponebantur nouæ promissiones de mysterijs aliquibus antea aut non reuelatis, aut obscurè propositis. Omnia mira cula semper facta sunt in omnibus ætatibus, ut doctrinæ fidem facerent de ihs rebus, à quibus abhorrebat mortaliū animus, & quæ solis uerbis persuaderi non poterant refraganib; quorumq; mentes euinci & expugnari tantum poterant illis testimonijs operationum Dei, quas quævis mens etiam diuinæ else fateri cogebatur.

Quartæ.

Vt humanæ superstitionis impietas omnia corruptit & pervertit, ita etiam Dei sententiam invertit de miraculis. Deus facit miracula, ut fides habeatur sive doctrina. Qui miracula aedit, miraculis clarus & celebris fit, ut doctrinæ ipsius authoritas & fides concilietur, non ut eius sanctitas miraculis deprædicetur, & ipse sua sanctitatis de prædicatione idolum fiat in Ecclesia.

Ad hunc abusum Romanæ sedis impietas detor sit omnia miracula, & repleuit idolomania totum Christianum orbem. Diligenter itaq; cauenda est haec Papistica opinio, miracula fieri, ut mundo declaretur personæ sanctitas, & significetur miraculosis sanctulis diuinos honores & cultus decernendos esse, ut Pontificij hactenus fecerunt, qui non solum inter eos retulerunt eos, qui miraculis uiui inclauerat, sed etiam illos qui superstitionibus se comprobauerant Romanae Sedis, et quorum genius post mortem aut pulsabat sepulchri ostium, aut tumultuabatur & perstrepebat circa tumulum illius, quem uolebat à Pontifice & Episcopis ascribi Ditorum Catalogo, ut sic augeretur Romanæ superstitionis idolatria & quæstus.

Christus passim monet, ut nobis caueamus à Pseudopro-

phetis. Prædicit eos miracula ædituros esse. Matth. 24. Et ini-
quitatis operarios appellat illos, qui gloriantur se prophetas
se, demonia eiecisse, et multas uirtutes in nomine Christi pre-
stítisse. Matth. 7. etiam prædicit Antichristum esse aduentu-
rum, eiusq; aduentum fore secundum operationem Satanæ
in omni potentia, signis & prodigijs mendacibus, & in omni
seductione iniquitatis ihs qui pereunt.

Cum Antichristus, impostores, & mali homines miracu-
la ædant, in confesso est miraculis non declarari hominis san-
ctitatem, sed doctrinæ ipsius uel bonæ uel malæ conciliari f-
idem & autoritatem. Sicut Deus ueris miraculis sua doctrinæ
et fidem facit, ita Satanæ suis imposturis studet perficiam
racula fidem facere. Dei æmulus est Diabolus. Eadem ratio-
ne nititur luxare, perturbare, dissipare, & euertere, quæ Chri-
stus erigit, extruit, & constituit. Et ut doctrinæ Christi abro-
get fidem, suasque imposturas pro ea substituat, etiam facit
miracula.

Et Dominus aliquando locum dat Satanæ, et permittit, ut
impostores mirabilia faciant ad decipiendum homines, ut nos-
sic tentet, nostrosq; animos erga se & suum uerbum explo-
ret, Deuteron. 13. Hæc ultiō est summa uindicta diuinæ iræ,
quam iusto iudicio immittit, quod ueritatem ipsius auerse-
mur. 2. Thessalonic. 2.

Non itaq; temerè est assentiendum omni doctrinæ, quæ
miraculis fulcitur, quod his Satanæ etiam suas imposturas
fulciat. In primis considerandum est, an quod docetur secun-
dum analogiam sit nostræ fidei, quæ ab exordio mundisem-
per innumeris, varijs & maximis miraculis asserta est, & q
nobis à pīs nostrīs maioribus, Patribus, & Prophetis quasi
per manus tradita est. Quę doctrinā conformis est doctrinæ
Patriarcharum, Mosi, Prophetarum, Christi, & Apostolo-
rum, ea

IN DIE ASCENSIONIS.

num, ea uera est. Quae ab hac dissentit, nec analoga fidei, nec uera, sed falsa est, etiam si multis miraculis asseratur.

Quintæ.

In Ecclesia idem ipse Deus, Christus, & Spiritus sanctus est, & semper erit, qui ab initio fuit, & qui miracula fecit in primitiva Ecclesia, ideo eadem virtus miraculorum adhuc in Ecclesia manet, quæ tum initio in Ecclesia fuit, omnes & credentes eundem habent Christi Spiritum, qui suas uires exerit, & suas donationes impertit ad Ecclesiæ utilitatē, prout sibi uisum est, quibus uult, & cùm placeat. Cùm fundatur Ecclesia uerbo Domini, & Fides in uniuerso mundo constitueretur, miracula fuerunt necessaria. Ob id Spiritus sanctus se explicabat uirtute miraculorum.

Nunc fundata Ecclesia, & asserto Christi Euāgelio, que dī fidei nostræ fundamentum est, super iactum fundamentum superstruitur, & apud eos Euangelij vox sonat, quibus iam persuasum est, quod ēterni & omnipotentis Dei uerbum sit Euāgelium Iesu Christi. Ob id porrō miracula non sunt necessaria Ecclesiæ. Virtus miraculorum quidem ei non deest, sed ea tū primū sese aperit, cùm id res exigit, hoc est, cùm id gloria DEI, Ecclesiæ utilitas, & doctrinæ nouæ necdum confirmatae & assertæ ratio poscit. Nunc cùm nulla alia noua doctrina, prēter susceptum Christi Euāgelium, reuelanda sit Ecclesiæ, miraculorum potentia quiescit, & merito nulla fiunt miracula, quæ nunc sub fine secundum doctrinam potius suspectam redderent, quam confirmarent.


FINIS.

1658357

OCN 69042494

... O
... 15. quod est deo datus. Quod est deo datus. Quod est deo datus.
... 16. quod est deo datus. Quod est deo datus. Quod est deo datus.
... 17. quod est deo datus. Quod est deo datus. Quod est deo datus.
... 18. quod est deo datus. Quod est deo datus. Quod est deo datus.
... 19. quod est deo datus. Quod est deo datus. Quod est deo datus.
... 20. quod est deo datus. Quod est deo datus. Quod est deo datus.
... 21. quod est deo datus. Quod est deo datus. Quod est deo datus.
... 22. quod est deo datus. Quod est deo datus. Quod est deo datus.
... 23. quod est deo datus. Quod est deo datus. Quod est deo datus.
... 24. quod est deo datus. Quod est deo datus. Quod est deo datus.
... 25. quod est deo datus. Quod est deo datus. Quod est deo datus.
... 26. quod est deo datus. Quod est deo datus. Quod est deo datus.
... 27. quod est deo datus. Quod est deo datus. Quod est deo datus.
... 28. quod est deo datus. Quod est deo datus. Quod est deo datus.
... 29. quod est deo datus. Quod est deo datus. Quod est deo datus.
... 30. quod est deo datus. Quod est deo datus. Quod est deo datus.
... 31. quod est deo datus. Quod est deo datus. Quod est deo datus.
... 32. quod est deo datus. Quod est deo datus. Quod est deo datus.
... 33. quod est deo datus. Quod est deo datus. Quod est deo datus.
... 34. quod est deo datus. Quod est deo datus. Quod est deo datus.
... 35. quod est deo datus. Quod est deo datus. Quod est deo datus.
... 36. quod est deo datus. Quod est deo datus. Quod est deo datus.
... 37. quod est deo datus. Quod est deo datus. Quod est deo datus.
... 38. quod est deo datus. Quod est deo datus. Quod est deo datus.
... 39. quod est deo datus. Quod est deo datus. Quod est deo datus.
... 40. quod est deo datus. Quod est deo datus. Quod est deo datus.

HINIS



72 82

ad omnes voces. Quia si te
metu n' ali' modis' non' p'.

creat remo racte. **Q**uā s' ī colo
b' dūcēt p' dīm' ob alio m'Diffluo
dūtāq' + lactē + eslang + kanopū
ut nō ak' p' colorū mgnichū p'mitam'
rem effindū q'mētum' + q' nēfīcēt er
ponam'

N p'ncipus' refū h' nemēr m.
La l'ndēctib' nō amita + Dō
nem nō.

nētē u' aliaq' adolētēt p'curū p' m
digēt o' m' v' c' p'p'et' p'p'v'āce a'c'
ronece co' q' hñdy m' p'f'ly calor' p' m
hñ'ā p'ell' gñ'ānq' q'm' m'st' calor' e' m' f'li
unicae' q'm'g'nt' + marie' p'loq'z' c' t'
m' p'p' - ethuq' f'li q' + t'ōane refū n'c'
n'c' p'f'ly + u' v' c' p'p'v'āce + v' a
ree n' p' har' c' + v'g'z' + v'llac'nt' v'
labor' v' f'ribe'f' remānt' **V** x

Et dicitur **Quod** est quatuor ex colorib[us]?

Sed i[de]o dicitur **quod** est quatuor ex colorib[us]

Misericordia autem est quatuor ex colorib[us]

Et dicitur **quod** est te colorib[us] p[er]misi

Et dicitur **quod** est te colorib[us] p[er]missi

ad h[oc] advenit aliud suppeditum tam
ad h[oc] ne ipse p[ro]p[ter]e fangus et cetera.

nam hoc est **Chrysopera** aliud ut h[ab]et

magis autem ut p[ro]p[ter]e aliud est ut pur-

pure sanguis si est color epice h[ab]et

non ut purpureus sanguis et selle rubro

et nascitur i colori ut granularis hec est

vix **Regia** et bland coloris p[er]missi



